



Maffeus Celsus
Maffei Celso

RELATIONES TRIVM AMPLISSIMORVM S. R. E. CARDINALIVM,

IN CAVSA PRAECEDENTIAE INTER REVER. Canonicos Regulares Lateranenses, & Monacos Benedictinen. Unà cum alijs Excellentissimorum virorum responsis, & opusculis.

APOLOGIA ETIAM CONTRA FALSO ASSERENTES D. Augustinum Hipponensem Episcopum, Eremitarum ordinem instituisse, aut ad eos Sermones conscripsisse.

AVCTORE D. CELSO VERONE[illegible] Lateranensis instituti professore celeberrimo.







VENETIIS,
APVD IACOBVM VITALEM.
M D LXXIIII.

Quæ in hoc volumine continentur.

GASPAR PLACENTINVS
CANONICVS REGVLA. LATERANEN.
STVDIOSO LECTORI S.





VM superioribus annis in communem legum studiosorum utilitatem emissae variae excellentissimorum Iurisconsultorum allegationes atque Consilia, quae in causa praecedentiae inter Reuerendos Canonicos Regulares Lateranenses & Monacos Benedictinenses sub Pio IIII. Pontifice Max. à quo, & demum post centum ferè annos, ex quo capta fuerat, ad ipsorum Canonicorum fauorem determinata fuit haec quaestio, emanauerint: visumq; fuerit quàm auidè ab ipsis iurisprudẽtibus acceptae mox fuerint quantamq; illis commoditatem vtilitatemq; attulerint in earum rerum tractatione, quae hisce temporibus in simili iure praecedendi inter multos sunt agitatae: Visum est in praesenti R. D. Marco Antonio Bagaroto Placentino Abbati meo optimo, quo tunc eiusdem Congregationis Praeside atque Moderatore non sine maximis eius vigiliis atq; laboribus decisa demum atq; ad finem producta fuit haec controuersia; nonnulla alia quae tunc minimè edita fuerant, superaddere, atq; in lucẽ edere. Hae sunt duae amplissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinaliũ, Cicadae, Saraceni, et Tranensis grauissimae simul

mul

mul ac doctissimæ Relationes, cum allegationibus excellentissi mis Iurisconsulti Hieronymi Mentuati super quodam dubio quod postea exortum est super verbis sententiæ prædictæ. Quibus & accessit, ad ampliorem huius rei cognitionem, copiosissimum atque prudentissim. De vero habitu Canonicorum Regularium Consilium Zachariæ Ferrerij Vicetini. Propugnaculum præterea Canonici ordinis, celeberrimi viri D. Augustini Papiensis Canonici Regularis Lateranensis. Subiecta est & vltimo loco Apologia contra falsô asserentes D. Augustinum Hipponensem Episcopum, Eremitarũ ordinem instituisse, vel ipsum aliquando Eremitam fuisse sermonesue ad Eremitas conscripsisse. Auctore D. Celso Veronense eiusdem Lateranensis instituti professore celeberrimo. Accipe igitur, eo quo offeruntur animo lector studiose, hos Excellentium virorum labores æqui boniq; consule. Placentiæ in Monasterio nostro Diuo Patri Augustino sacro. Idibus Iulij. M. D LXXIII.




RELATIO ILLVSTRIS. mi

AC REVE RENDIS. mi S.R.E.

Cardinalis Io. Baptistę Cicadę

tit. S. Clementis.





ARGVMENTVM.

1 *Canonici Regulares ab Augustino, & Apostolis descendunt.*
2 *Papæ authoritati magis standum, quàm cuiuslibet, etiam Sācti Doctoris.*
3 *Verba Bullæ enuntiatiua per modum causæ, probant.*
4 *Enunciatiua in antiquis, etiam de facto tertij, saltem transfert onus probandi.*
5 *Clerici & Canonici idem sunt.*
6 *Habitu lineo vsi sunt Apostoli.*
7 *Habitus lineus proprius Canonicorum Regularium*
8 *Habitus interior, non exterior attenditur.*
9 *Clerici Augustini vouebant substantialiter tria vota, vt hodie.*
10 *Canonici Regulares licet pluries, & nouiter reformati, tamen sunt idem.*
11 *Augustinus longè ante Benedictum.*
12 *Regula Augustini prius tacite approbata.*
13 *Regula Augustini prius expreßè approbata.*
14 *Canonici eßentialiter sunt Clerici, non autem Monaci.*
15 *Canonici Regulares digniores Secularibus, licèt illi p̃cedant ratione capitis.*
16 *Augustinus magnus Episcopus secundus post Apostolos.*
17 *Abbas a principio nomen tantum solicitudinis.*
18 *Consuctudo Romanæ vrbis in præcedentijs attendenda.*
19 *Abbates in Concilio considerantur vti Abbates, non uti de Religione, & ideò, &c.*

A Beatis-

Beatissime Pater.



N causa Præcedentiæ inter Canonicos Regulares:& Monacos S. Benedicti, imprimis fuit dubitatum, An dicti Canonici censeantur esse de illis quos B. Augustinus instituit. & conclusum fuit pro parte affirmatiua, præsupponendo imprimis, quod tempore primitiuæ Ecclesiæ Apostoli instituerũt Clericos & Presbiteros, vt habet̃ in ca.j.in fi.12. dist.& tradit latè Aug.de Ancona in tract.de Pote.Eccle.q.104.arg.j. ver.Respõdeo,& post Apostolos beatus Marcus illos primus instituit in ciuitate Alexandrina,vt refert Cassia.in lib.de inst. Monacorum. Postea succedẽte tẽpore cum B.Augu.videret disciplinã Clericalem iam relaxari:vt retineretur symbolum vitæ Apostolicæ & Clericorũ antiquorũ, instituit Collegium Clericorũ Regularium prout de hoc sunt multa Iura in decreto, 12.q.1.& Refert Beatus Thom.2. secundæ.q.189. articulo 8.Ex istis†Clericis Regularibus propagatus est ordo Canonicorum Regulariũ prout tenet S.Thom.in loco supra allegato.Vinc.in Speculo doctrinali,lib.19.c.16. Vbi inquit: Ordo Canonicorum Regularium primò ab Apostolis,postea à B.Augustino regulariter fuit institutus:& in Speculo historiali.lib.16. cap.fin.inquit,Aug.factus Sacerdos Monasterium Clericorum instituit,& cœpit viuere secundum Regulam sub sanctis Apostolis constitutam.B.Antoninus in 2.parte suæ Cronicæ,tit.15.cap. 16.§.7.Volat.lib.21.Com.ibi Ordo Canonicus non tam ab Augustino institutus:quam renouatus:ab Apostolis enim sumpsit exordium. Fasciculus temporum in 6.ætate,vbi inquit, Ordo Canonicus cœpit reflorere in Eccl.Beluacensi. tẽpore Iuonis & Ruffi.

1

Item fatentur Pontifices Benedictus 12.in sua extrauag. quæ reperitur inter constitutiones Canonicorum Regularium.Idem Eugenius IIII.in Bulla producta,quæ iudicio meo fidẽ optimam facit. Nam cum materia posset dici dubia, standum est in dubijs determinationi Papæ c.in literis,de rest.spol.Io.And.in ca. dile-

dilecto, de præb. Et dicit S. Thom. secunda secundæ, art. 12. q. 21.
2 quòd in decisionibus causarum magis est standum authoritati Papæ; quàm cuiusuis alterius etiam Sancti Doctoris.

Nec obstat q̄ verba Bullę videantur enunciatiua, quia iudicio meo, sunt dispositiua & per modum causæ. Nam Papa asserit velle restituire templum Lateranense istis Canonicis, à quibus olim regebatur, & q̄ fuerunt amoti à Bonifacio, & ideò restituit, vt in eo retineatur Symbolum vitæ Clericorū, quæ vigebat tempore Apostolorum, & quā Aug. diuinis regulis decorauit, affirmando q̄ ab illis Canonici in Eccle. Lateranensi, per eū introducti
3 processerunt, & sic propter istam causam disponit. Quo casu assertio huiusmodi probat, & fidem facit, Bar. in l. emptor. §. ancilla. de rei vendica. Alex. consi. 46. col. 2. volu. 1. Ias. in l. ex his. nu. 1. C. de mili. test. Deci. in l. Si quis in cōscribendo. nume. 4. C. de pactis. Secundò facit, quia Bulla emanauit motu proprio & ex certa scientia, quo casu fidem facit. Alex. consi. 112. volu. 7. Soci. cōs. 87. vol. 3. cum simi. Tertiò, quia in omnem euentū transfert
4 onus probandi in aduersarios. etiam quando agitur de facto tertij, vt est gloss. in cle. literis. de probat. Sed per aduersarios nihil est probatum saltem concludenter, ergo. & præsertim, quia declarationē Eugenij sequuntur Nicolaus V. & Sixtus IIII. Itē quia sumus in antiquis annorum centum & vltra. Quo casu narratiua Papæ fidem facit latè per Aim. de ant. temp. parte prima.

Vlterius, Quod isti Canonici descendant ab illis, probatur a sufficiēti partium enumeratione. Et primo, quia conueniunt in nomine. Nam sicut illi vocantur Clerici, ita & isti. & licèt quandoq; vocentur Canonici tamē idem sunt, & promiscuè Iura vtrunq; no
5 men illis attribuunt, vt habetur in c. certè, & in c. nolo, 12. q. 1. & in ca. obseruandum, 15. quæst. 2. vbi prohibetur Clericos munera suscipere, & Grat. declarat, intelligi de Canonicis Regularibus & in c. in omnibus. iuncta glo. in verb. vt Canonici, de consec. dist. 5. vbi text. loquitur de Canonicis & Clericis in cōmuni viuentibus, & gl. intelligit de Canonicis Regularibus. Facit text. in c. cum causam. de electio. vbi simpliciter nominat Clericos, & tamen loquitur de viuentibus sub Regula S. Augustini, & in c. dilecto. de iudicijs, vbi semel dicit Prior & Clerici, & postea dicit Prior & Canonici ad idem c. quoniam. de vit. & honest. Clerico. iuncta gl. in verb. Clericos, & patet, quia Regula ipsa Cano-

nicorum Regularium inscribitur, De cõmuni vita Clericorum. & quòd illi antiqui Clerici vocarentur etiam Canonici est text. cum glo. in c. in omnibus. de consec. dist. 5. cum simil.

Secundò probatur identitas ex habitu lineo ab ipso Deo instituto,
6 vt habetur Exodo. c. 29. & 39. & ꝙ Apostoli vsi fuerint habitu lineo, habetur in Historia S. Siluestri de S. Eufrosino, qui Romã venit indutus collobio candido, ꝙ fertur fuisse S. Iacobi Apostoli, & in Apoc. legitur de Sanctis, qui ambulabant in albis lineis, & ibi not. Nicol. de Lira, & ita instituit Aug. Clericos suos deferre debere, & patet in Sermone suo, qui incipit, Charitati vestrę. vbi dicit, byrrum & tunicã lineã nemo accipiat, nisi in communi, prout etiam hodie Clerici ac presbiteri, & Prælati vtuntur ve-
7 stibus lineis & hic est habitus proprius Canonicorum Regularium, vt gl. in cle. 1. in verb. habitus. de elect. Nec obst. ꝙ super habitu lineo deferant cappam, quia attenditur habitus interior, &
8 non exterior, vt per glo. ibi, & per Imol. nu. 29. & per gl. in cle. ne in agro. §. statuimus, ibi, prox. de statu Regularium.

Tertiò probatur identitas etiã ex professione. Et primo quia viuunt in communi, prout viuebãt tempore Apłorum, & tẽpore ipsius Augustini: vt habetur in c. nolo. & in c. non dicatis. 12. q. 1. & tradit Vrbanus Papa in c. videntes, ea. cau. & q. & habetur in c. præter hæc. 32. dist. Abb. in c. Deus qui. de vit. & honest. cler. & in ca. Eps, de præb. Præpos. in c. 1. 44. dist. Barb. de prestantia Cardinaliũ. q 6. Nec ob. tex. in c. certè. 12. q. j. vbi Aug. videtur tolerare Clericos volentes tenere proprium, quia verum est ꝙ tolerat Clericos viuentes extra Collegiũ, non aũt in Societate sua, vt dicit expresse in d. c. nolo. & clarius in c. seq. Vbi dicit, ꝙ viuentes in sua Societate omnibus renunciabant, & voluntatẽ abnegabant: ex qua abnegatione probatur etiam votũ obedientię, ꝙ nihil aliud est quàm negare propriã voluntatẽ, & voluntati alterius parere, vt tradit Aug. de Ancona in d. trac. de pot. Ecc. q. 91. De voto etiã castitatis non est dubitandum, vt per Augu. in 2. Sermone de cõmuni vita Clericorum. Vbi inquit quòd Clerus professus est Sãctitatem, & clericatum, per qđ verbum. Sanctitatem, intelligitur de castitate, vt per Aug. de Anc. in d. q. art. 3. Et licet tempore Augustini non fieret fortè professio formalis, prout hodie fit. tamẽ satis est quod in substantia, & quo ad effectum idem faciebant,
9 vt dicit S. Thom. in 4. Sententiarum, dist. 38. art. 2. q. 3. vbi inquit,

quod

quòd antequàm essent istę Regulę, quę modo sunt, erat similis modus viuendi, qui hodie reductus est ad Regulam. & tradunt Io. de Turrecrem. 17. q. 1. in summa, & Prępo. in c. 1. 44. dist.

Quartò probatur identitas ex nomine & qualitate Pręlatorum dicti ordinis qui propriè sunt Priores & Prępositi, vt dicit Augu. in d. ca. non dicatis, 12. q. 1. Nam licèt hic ordo Canonicorum Regularium habeat aliquos Abbates, hoc fuit per accidens: nam Regulariter non habent Abbates, sed Prępositos & Priores, vt declarat Innoc. in cap. cum illorum, per illum text. iuncto. cap. Monaci. de senten. excom.

10 Et licèt multę fuerint factę reformationes istius ordinis per diuersa tempora, per hoc non tollitur substantia & identitas ipsius, iuxta l. opponebatur. de iudi. consi. Rom. 198.

Nec obstat etiam, quòd in Bulla Eugenij dicitur de nouella plantatione apud Frisonariam, quia intelligitur de vltima planta, propter reformationem ibidem factam dicti Ordinis, non autem quòd nouus ordo fuerit institutus in dicto loco; quia apparet ex Bullis Alex. 4. & Gregorij 10. ꝙ ante trecentos annos erat ordo Canonicorum Regularium in dicto loco de Frisonaria.

Ex quibus, & multis alijs conclusum fuit modernos Canonicos descendere ab illis, quos Beatus Augustinus instituit.

Secundo principaliter dubitatum fuit, posito quod Canonici moderni censeantur esse de illis, quos instituit B. August. An debeāt pręcedere Monacos S. Benedicti. & conclusum fuit similiter pro parte affirmatiua.

11 Primo propter antiquiorem institutionem ipsorum factam à Diuo Augustino, qui fuit longè ante Benedictum, quæ institutio in materia præcedentiæ attendi debet iux. gloss. in c. quorundam. in verb. Prædicatorum, de elect. lib. 6. & clarius apparebit ex infra dicendis.

12 Secundo facit prior approbatio dicti Ordinis Canonicorum Regularium, quæ deducitur tacitè & expressè. Tacitè, quia, omnes Regulę ante Concilium Lateranen. censebantur ipso iure approbatæ. c. fi. de Reli. domi. & not. gloss. in verb. præcessit, in c. vnico. §. pen. eo. tit. lib. 6. pro quo etiam est tex. in ca. parsimoniā. vbi not. omnes 41. dist. & in l. 1. de Colleggijs illicitis, quæ licèt sit lex ciuilis, tamen debet seruari in foro Canonico, nisi contrarium reperiatur de Iure Canonico decisum, iux. tradita in c. 1. de no. ope.

no.ope.nunc. Itē censetur approbata Regula ante Regulam Benedicti, cum fuerit instituta ante illam per cētum annos & vltra. Per quod tempus præsumitur tit.iux.l.hoc iure.§. ductus aquæ. de aqua quot.& æst.c.super quibusdam.§.Præterea, de verb.sig. Item, quia ordo huiusmodi fuit institutus per Episcopum, & sic per Ordinarium, qui non reperie[illegible]tur prohibitus ante dictum Concilium, dicto cap.fin.Ergo &c.

13 Præterea dicitur Ordinem huiusmodi fuisse expresse approbatum ante Ordinem Benedicti per Gelasium in ca.Sacrosancta. 15.dist.vbi approbantur in genere omnia opuscula Augustini, inter quæ est ipsa Regula Canonicorum. Ergo censetur approbata ab ipso Gelasio, qui Gelasius fuit filius Valerij Epi Hipponen.qui ordinauit D. Aug.& in successorem elegit. Vlterius cū negari non possit ordinem huiusmodi fuisse approbatum saltē per Inn.II. in c.perniciosa, 18.q.2.huiusmodi cōfirmatio actus, qui à principio validus erat, (vt supra probatum fuit,) trahitur ad tempus ipsius institutionis ac si tunc confirmatus fuisset, vt est doct.Bal.in l.1.C.de testa.manu.latè Paris.consi.19.nu.37.lib.1.

14 Tertiò principaliter deducitur dignitas & præcedentia Canonicorum ex Clericatu quem habent annexum originaliter.c. nolo.c.non dicatis,& c.certè.cum simil.12.q.1.quia non potest esse Canonicus, qui non sit Clericus.Not.Abb.in c.2.de instit. Et quòd isti Canonici fiant Clerici ab initio, tradit Archi.in capit. mandamus, 19.q.3.& B.Thom. secunda secundæ. q.189. art.8. Monaci verò ex eorum institutione erant Laici.C.de Episc.& Cle.l. generaliter, canonizata in c.generaliter. 16.q.1.Quinimò de iure non poterant, Clericari, vt not.Præpo.in c.priscis.55.distinct. & in c.requisitus, 1.q.7.nisi ex cā necessitatis, vt in d.c. Priscis, & in c.moderamine,& in c.ex auth.16.q.1.quia alia causa est Monaci, alia Clerici.Monaci.n.officium est plangentis, Clerici verò docētis.c.hinc est.c.Monacus.c.alia causa.16.q.1.Et inde dicitur, ꝙ vix optimus Monacus facit Clericū bonū.c.legitur, ea.causa & qō.Et ideo scribit Hier.ad Ruffum, Sic viue in Monasterio, vt Clericus esse merearis c.sic viue.16.q.1.& ꝙ Monaci essent laici,& non Clerici, patet, quia soluebāt decimas prout cęteri laici.glo.in c.ex parte, il 1.in verbo, laborum, de decimis. Et licèt hodie Monaci fiant Clerici, Clericatus huiusmodi cōpetit eis p accidens,& non originaliter ex institutione, prout competit Canoni-

nonicis,vt dicunt Tho.& Abb.in locis præallegatis. Ex quo sequitur quòd causa naturalis attendi debet,& præualet causę accidentali,vt no.Bar.in l.3.ff.de tut.& in l.fi.de off.Proconf.& leg. & ista antiquior ordinatio circa precedentiā attendi debet, vt no.Abb.in term.in c.statuimus.col.2.versic. not.ex prędictis. de maio.& ob.vbi dicit φ tanta debetur reuerentia ordini,φ olim quando Monaci nō erant Clerici, simplex Clericus præferebatur Abbati,iux.c.à Subdiacono.93.dist. Et propterea non obstat φ hodie Monaci sint arctioris vitę,& ideo fiat transitus ex Canonicis ad Monacos,quia circa præcedentiam nō attenditur comparatio meritorum,sed ordinum,ut not. Gemi.in c. quamuis. §.quāquàm,nu.3.de pręb.in 6.Deci.in c.2.col.3.de re iud. Felin. in cap.postulasti.col.2.de rescrip.prout patet in Mendicantibus qui licet sint Clerici,& arctioris vitæ,tamen postponuntur aliis. Et,quia priuilegium Clericatus concessum Monacis ex post facto,debet intelligi sine præiudicio alterius,vulg.l.2.§.meritò.ne quid in loco publico.cap.quamuis.de rescrip.in 6.

Nec obst. huic fundamento Clericatus. quod dicitur ab aliquibus Canonicos Regulares non debere gaudere priuilegio Clericorū,quia nō sunt simplices Clerici: quia priuilegium videtur remāsisse penes Clericos Sęculares,qui ipsos Regulares pręcedūt. Nam vt dicit Augu.lib.9.Confessionum,& in sermone qui incipit,Charitati vestræ,Clerici omnes originaliter viuebāt secundum vitam Regularem,at cum inciperent vitam huiusmodi relaxare,instituti sunt Canonici Regulares per Aug.iux. Priorem vitam,ad retinendū illius symbolum.Clerici vero qui non seruabant Regulam,vocati sunt Sæculares,quasi participantes de Regulari quoad ordinem,& de Sæculari quoad vitam, vt dicit gl.in c.licet in corrigendis.in vers.Sęculares.de of.ord.& ibi declarat Abb.col.fi.nu.5.& Præpo.in c.1.col.34. in fin. ver. 3.tempus.44.dist.post Host.in summa,de vit.& hone.Cler.§.à quibus. in prin.Et ideo B.Augu.vocat Clericos Sęculares claudos tanq̃ claudicantes,& vitam rectam Clericalem non tenentes in cap. certè.12.q.1.Ex quo infertur,φ Canonici Regulares,qui seruāt antiquam Regulam Clericorum,verè illis succedunt, & digni sunt maiori laude,cum perseuerantes in bono dicātur esse melioris conditionis,quàm ab eo deuiantes.c.si ex bono, de pœn.
15 dist.4.cap.eum qui,de præb.in 6.& licèt Clerici Sęculares hodie

cos

cos precedant,hoc procedit,quia sunt sub Episcopo,& sic ratione capitis,arg.c.quamuis,il 1.de præb.lib.6. Nam membra sequuntur caput.c.non liceat,in princ.de prescrip. Et ideo si Ecclesia Cathedralis esset Regularis,prout multę sunt, Canonici Regulares illius Ecclesiæ præcederent quoscunque Clericos ratione capitis prout seruatur in practica.

Quarto principaliter deducitur præcedentia Canonicorum ex dignitate Instituentis,idest Augustini,qui fuit nõ solum magnus
16 Eps,vt dicit tex.in c.1.de obli.ad ratio.sed etiam solemnis Ecclesiæ Doctor,& secundus post Apostolos,vt habetur in c.vnico.§. sic alma mater,de reliquijs & venerat.Sanctorum,lib.6. Et non est dubium,ꝙ ordinatus à maiore præfertur, etiam si sit postea ordinatus.c.per tuas,vbi Abbas,& alij not.de ma. & obed.Ideo dicũt quod ordinatus à Papa,licèt posterius,præfertur ordinato prius ab Epo,facit,c.quia sæpe.§.2.qui.de præb.in 6.Benedictus
17 verò fuit simplex Abbas, quod est nomẽ solicitudinis, & non dignitatis,vt est gl.in c.tuam,in verb.nõ ascendat.de æta.& qual. & in c.accedens,in ver.Abbatem.50.dist.& competit etiam cuilibet Præposito Collegiorum Sæcularium & artium vilium, vt trad.Alci.in l.Collegarum,de ver.sig. Et ideò in Ecclesia postponitur ostiario & alijs in minoribus ordinibus cõstitutis.c.à Subdiacono.93.dist. Nam dignitas & priuilegium Abbatum nostri temporis eis competit ex speciali priuilegio, Sed.Ap.de priuil. lib.6.& põt concedi huiusmodi priuilegium,prout sępissimè cõcessum fuit,& conceditur etiã Prioribus non habentibus superiorem,vt not.gloss.in c.Abbatem.eod.tit.&lib.Quia istæ Prælaturæ quando sunt in capite æquiparantur.c.2.& c.cum illorum, de sent.excõ.cum gloss. in verb.Abbatem.vbi notant omnes,& propterea non obst.quod dicitur Monacos videri digniores,qa habẽt Abbates naturaliter: Canonici verò per accidens,vt uidetur dicere Inn.in d.c.cum illorum,in verb.Abbatem,quia Abbatia per se nihil est,sed dignitas prouenit ex post facto eo tempore,quo etiã Canonici habuerũt,prout habẽt multos Abbates & maiores Prælatos,licèt habeãt etiã Præpositos & Priores,prout etiã nouissimè multi Priores erant apud istos Monacos,vt in c. in singulis.& c.ea quæ. de statu Monacorũ.c.fi.de Capellis Monacorum,& quòd Canonici habeant multos Abbates,habetur in dict.cap.Monaci,& cap.cum illorum,& in cap.intelleximus,

de æta.

de æta.& qua.c.cum I.& A.de re iud.cap. significasti. il 2. de homic.cum in infinitis simil. Vnde cum superuenerit dignitas à Sed.Ap.Abbatibus omnibus æqualiter censetur concessa, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia ea pariformiter determinat, vulg.l.iam hoc iure.de vulg.& pup.Ideò cum ad hoc sint pares in dignitate, videretur seruanda antiquitas in promotione,prout fit in Episcopis, arg.l.1.C.de consu.lib.12. Doct.in l.2.§.prius.de vulg.Boc.ord.grad.nu.5.vel ratione Ordinis Regulares essent preferendi.

Quinto principaliter pro Canonicis facit consuetudo vrbis,in qua
18 Canonici pręcedunt,& quę consuetudo vrbis potissimum debet attendi in istis præcedentiis,vt dicit Bald.in ca. cum olim.in prin.de consuc.Præp.in c.Episcopus.17.dist.Deci.in c. Clericis, de iudiciis. & in c.auaritia.de pręb.vbi arguit per hoc quòd Monaci debent præferri Canonicis,quia in vrbe præcedunt: quod est falsum,& ideò facit in contrarium.

Vnde non videtur attendenda communis opinio Doctorum, quæ videtur esse in fauorem Monacorum,cum non sit fulcita Iuribus & rationibus,vt dicit Augu.in c.ego solus.9.dist.& Doct.in cap.1.de consti.con similib.


Postremo fuit dubitatum cum in Concilio Tridentino reperiãtur Abbates Congregationis Lateran. Canonicorum Regulariũ, & Congregationis S.Benedicti,qui debeant præcedere, & videbatur ꝙ Lateranen.præcedere deberent.Nam stante conclusione superius firmata in fauorem Canonicorum Regularium,cũ Abbates ipsi admittantur in Concilio tanquàm repræsentantes eorum Congregationem, & non ex propria persona. Quod ex eo patet,quia tres ipsorum tantum,non autem omnes admittuntur,quia sunt Abbates temporales,& non perpetui, & qñia tres insimul cõstituunt vnum votum tantũ. Videbatur inquam, ex hoc inferri quòd deberet attendi dignitas ipsius repręsentati sicut videmus in Legatis Principum,in quibus non attenditur dignitas legatorum,sed ipsorum Principum, vt per Mar. Laur. in tract.de Legatis Principum.q.27.cum similib.

Ex aduerso tamen consideratum fuit,quòd isti Abbates non admit-
19 tuntur in Concilio simpliciter tanquàm legati, quia si non essent Abbates non admitterentur.Ideo,cum in eis consideretur

propria qualitas Abbatialis, resolutum fuit quòd circa præcedentiam habeat in eis seruari ordo, qui seruatur in Abbatibus perpetuis, & in Episcopis, vt scilicet attendatur antiquior promotio ad Abbatiam iux.trad.in cap.Episcopos, 17.distinct.& in cap.fin. 75.distinct.cum simil. prout alias licet per modum prouisionis per Sanctitatem V. prouidè rescriptum fuit.



RELATIO ILLVSTRISSIMORVM
tum
AC REVERENDISS. S.R.E. CARDINALIVM
Io. Michaelis Saraceni, Tit. Sanctæ Anastasiæ, ac Bernardini Scoti, Tit. Sancti Matthæi.



ARGVMENTVM.

1 *Causa Canonicorum Regularium & Monacorum antiqua & difficilis.*
2 *Canonici Regulares hodierni descendunt ab Augustino.*
3 *Verba enunciatiua etiam de facto alieno, in antiquis præsumptionẽ inducunt, quæ transfert onus probandi.*
4 *Historicis credendum, qui testantur Can. Reg. ab Augustino institutos.*
5 *Canonicis Regularibus essentialiter competit Clericatus.*
6 *Canonici Regulares prius sunt instituti quàm Monaci, & à digniori.*
7 *Communis opinio erat pro Monacis.*
8 *Regula Augustini & tacitè & expressè prius approbata.*
9 *Romæ Can. Regulares præferuntur, cuius Vrbis cõsuetudo debet attẽdi.*
10 *Abbates in Concilijs, nulla habita consideratione Religionum, præferuntur &c.*

me
S. Pater, pedum post oscula beatorũ.



Ausa præcedentiæ inter Canonicos Regulares Congregationis Lateranen. ordinis Sãcti Augustini & Monacos Cõgregationis Cassi. ordinis Sancti Benedicti, iam inde à tempore Innocentij 8. anno 1489. controuersa ac vẽtilata fuit: multaque hinc-
1 inde emanant consilia, & responsa celeberrimorum doctorum & colleggiorũ Italiæ: ex quibus difficilis, & ardua facta est huiusmodi quęstio. Vtra scilicet ex dictis congregationibus alteram præcedere de-

beat. Cumque eadem causa iampridem à Santitate Vestra nobis delegata fuerit, primò decidenda, secundo verò referenda. Nos, vt par est, S. V. obtemperantes, relationem in his scriptis prout oretenus eadem S. V. iniunxit, facimus.

Auditis siquidem multotiens partibus, & his quæ hincinde allegata sunt diligenter examinatis. primò dubitatum inter nos fuit, An ex deductis cōstaret Canonicos Regulares, qui sunt in causa, descendere à Clericis, siue Canonicis Regularibus, quos instituit Beatus Augustinus vel de illis esse censeri. In quo articu-
2 lo conclusum per nos fuit pro parte affirmatiua. Rationes ita decidendi præter aliàs fuerunt. Primò tex. in cap. nolo. & in cap. non dicatis, & in cap. certè. 12. q. 1. in quibus iuribus Beatus Augustinus pręcepit Clericis, qui cū eo viuere velint, ne quid proprium habeāt, sed omnia in communi cum ipsa ordinis susceptione, nō solùm facultatibus, sed voluntatibus proprijs se subdederint: quę qualitates omnes maxime conueniunt his Canonicis Regularibus, qui & ipsi sunt Clerici, & ordinis Sancti Augustini, ac in communi omnia possidēt, obedientiam quoque sub Regula Beati Augustini profitentur. Meritò igitur de illis sunt censendi: talia enim sunt subiecta, qualia prædicata demōstrant l. fundum, instructum. ff. de fund. instr. & ad probationem identitatis sufficit concursus duarum qualitatum. l. forma. ff. de censi. per Bart. in l. demonstratio. col. pen. de cond. & demonst. Secundò hanc conclusionem nostram confirmat bulla quædam Eugenij IIII. in actis producta pro parte Canonicorum Regularium, quæ dirigi Canonicis ipsis regularibus, qui tunc temporis erant in Monaste. Sanctæ Mariæ de Frisonaria, illosque Eugenius appellat sub his verbis. Diuinam in terris familiam Clericorum, qui vitam religiosam ducerent, & ad exemplum nascentis ecclesię sanctam seruarent institutionem Clericorum, quos Canonicos appellamus. Et Paulo post Huius profectò sacri ordinis & sancti propositi post sanctos Apostolos Primus in Alexand. Eccle. Marcus Petri discipulus fuit institutor & conditor, & gloriosus doctor Augustinus eos diuinis regulis decorauit. Ex quibus verbis Eugenii arguitur manifestè istius ordinis antiquitas & institutio, & licèt ea verba prolata sint à Pa-
3 pa enunciatiuè, & quæ concernant factum alienum, tamen negari non potest, quin præsumptionem in antiquis inducāt, quæ

saltem

ſaltem transferat onus probandi contrarium in aduerſarium iuxta no.per gloſ.pen.in c.nonnulli.§.fin.de reſcrip.vbi Abb. dicit illud eſſe quaſi commune dictum, & in practica ſolere ſeruari,& eſt gl.in clem.literis.in uerbo,feciſſe narramus.vbi Paulus de Leaza.& Io.& Imo.& traditur per Fede. de Senis conſil. 27.Tertiò non parui momenti ſunt auctoritates hyſtoricorum,
4 quibus in parte cum de antiquis factis dubitatur, credendum.l. ſeptimo menſe,de ſtat.homin.qui teſtātur Canonicos Regulares à Beato Auguſtino inſtitutos fuiſſe cum in eccleſia Hypponenſi eſſet Epiſcopus.Ex his itaque iuribus,ac rationibus firmata fuit inter nos concluſio,quòd Canonici Regulares prædicti cenſentur eſſe de illis,quos Beatus Auguſtinus inſtituit.

Secundò loco dubitatum eſt,præſuppoſito quòd Canonici Regulares,qui ſunt in cauſa,cenſeantur de illis, quos Beatus Auguſtinus inſtituit; An ex hoc inducatur, quòd debeant precedere Monacos ſancti Benedicti,qui ſimiliter ſunt in cauſa. & in hoc quidem dubio,in quo clauus totius cauſę vertitur, poſt multa, facta fuit per nos reſolutio,quòd in proceſsionibus, cęteriſque actibus publicis Canonici Regulares,ac eorum Abbates & Prę lati dimiſſa ſuperiori veſte,ſeu cappa,retēta linea, & in Clericali habitu incedentes more Clericorum Sęcularium præcedere, pręferrique debeāt Caſsin.Monacis Rationes,ex multis, potiſſimæ hæ fuerunt,quæ nos,vt ita ſtatueremus, induxerunt. Pri-
5 ma ratio fuit,quia Canonicis Regularibus competit eſſentialiter ordo Clericatus,& per ſe ſunt Clerici vt probatur in pręalleg. cap.nolo.& cap.non dicatis.& cap.certè.12.q.in quibus iuribus hoc eſt expreſſum. Non idem autem eſt in Monacis, qui non eſſentialiter,nec per ſe,ſed per accidens ſunt Clerici, probatur in cap.à ſubdiacono.93.diſt.Vbi Monacus,quinimò & Abbas poſtponitur quibuſcunque Clericis etiam oſtiariis.Et Hieronymus ad Ruſticum Monacum ſcribens in c.ſic viue.16.quęſt.1. inquit,ſic viue in monaſterio vt Clericus eſſe merearis, & diſce longo tempore,quæ poſtomodum alios doceas. Et per hanc rationem in caſu noſtro Beatus Thomas ſecunda ſecundæ.q. 189.art.8.in reſponſione ad ſecundum articulum expreſsè tenuit Canonicos Regulares vt digniores propter ordinem Clericatus annexum pręferendos Monacis Sancti Benedicti. Quod etiam comprobatur,Quia contemplatiua ſimul, & actiua vita

Cleri-

Clericorum in administratione Sacramentorum, aliorumque spiritualium dignior ac nobilior est sola contemplatiua Mo-
6 nacorum.cap.nisi cum pridem, vbi Io.And.de renuntia. Secunda ratio fuit antiquior institutio Canonicorum Regularium. Nam Beatus Augustinus præcessit Benedictum auctorem congregationis Casinen.per annos cētum & plus. Quæ antiquior institutio in prælationibus præcipuè attenditur, vt not.in l. cum quid.si cert.pet.& in cap.qui prior.de regu. iur.in .6. Et hanc etiā rationem antiquioris institutionis maximè adiuuat maior dignitas in ipso institutore, cum Beatus Augustinus tempore huius institutionis esset Episcopus Hypponen.& sic dignior sancto Benedicto, qui erat simplex Monacus.

7 Supradictis tamen, atque alijs iuribus & rationibus, quæ breuitatis causa consultò omittuntur, aduersabantur auctoritates doctorum in hoc articulo scribentium, qui & numero, & grauitate communem constituunt opinionem, inter quos etiam cōsulta extant collegiorum Patauini, Ferrariensis, & Bononiensis, quorum scribentium ea est sententia, vt Monaci ordinis Sancti Benedicti congregationis Casin. præcedere debeant Canonicos Regulares Sancti Augustini congregationis Lateranensis. Ratio eorū potissima videtur esse, quod in institutionibus Regularum non tam ipsa institutio, eiusque prioritas in tempore, quàm approbatio sedis Apostolicæ sit attendenda, sine qua nulla noua Regula, nulla noua Religionis erectio fieri debet, stante in id expressa prohibitione Concilij Generalis, de qua in c.fi. de relig.domi. Approbatio etiam Regulæ Augustini, ac institutionis Canonicorum Regularium nullibi apparere videbatur facta à sede Apostolica. Contra verò regula sancti Benedicti specialiter & expressè videbatur approbata per beatum Gregorium Papam, qui lib.secundo Dialogorum de Regula Benedicti specialem mentionem facit.

8 Hoc tamen fundamentum Casinen. elidi videbatur propter longęuam tolerantiam totius ecclesię ac sedis Apostolicæ, quæ non tam diu tolerasset hanc Beati Augustini Regulam, ac institutionem, nisi vel expressè approbando, vel illam saltem tacitè confirmando ad not.per Doct.in cap. cum ecclesia. Sutrina de causa poss.& propret. Propterea colligebatur etiam approbatio regulæ sancti Augustini ex tex.in cap.S.Roma.15.dist.Vbi Gelasius


ſius Papa inter ea quę narrat, receptę fuiſſe à Rom. Eccle. enumerat opuſcula Beati Auguſtini, inter, quę præcipuum locum videtur tenere ſermo de communi vita clericorum, quæ eſt Regula ipſius Auguſtini, ex quo videtur ſaltem generaliter facta a Gelaſio illius Regulæ approbatio. Atquè is Gelaſius præceſsit per cẽtum annos Beatum Gregorium, qui dicitur approbator Regulæ Benedicti. Quin etiam in primitiua eccleſia licitum erat paſſim cœtus & congregationes inſtituere in honorem Dei ac fidei exaltationem. Nec veriſimile eſt Beatum Auguſtinum nouam illam inſtitutionem feciſſe ſine interuentu eorum, quæ ad illius robur & firmitatem neceſſaria eſſent.

9 Veruntamen in hoc iurium & rationum cõflictu tutior via uiſa eſt, quam Rom. Eccleſia vti magiſtra & mater omnium nos docuit, quippe ex longiſsima conſuetudine in cõſpectu tot Roman. Põtificum in Vrbe obſeruata, vtraque etiam parte acquieſcẽte inductum eſt, vt in proceſsiouibus, aliiſque actibus publicis Canonici Regulares dimiſſa ſuperiori veſte lanea, ac retenta linea (Clericos ſe eſſe ſignificantes) præcedant Monacos Sancti Benedicti congregationis Caſsinen. Huius itaque conſuetudinis normam ab Eccleſia Romana obſeruatam nobis amplectẽdam duximus, quę in proceſsionibus & ſimilibus actibus attendi debet quo ad iſtos Religioſos, vt tradit expreſsè Bald. in l. obſeruare. §. antequàm. de off. proconſul. & lega. Quę conſuetudo maximè opportuna viſa eſt, vt huic liti finem imponere, omnesque eorum Religioſorum contentiones ſopire atque extinguere poſsit.

10 Vltimo verò loco propoſitum fuit per nos dubium, an in concilio generali Abbates Canonicorum Regularium præcedere debeant Abbates ordinis ſancti Benedicti, atque in hoc articulo veriſsima ac iuridica viſa eſt reſolutio olim facta coram S.V. quòd nulla habita ratione ordinum & cõgregationum, illi Abbates præferri debeant, qui primo fuerint ad Abbatialem dignitatem promoti: ſic enim & in Epiſcopis, aliiſque ſimilibus dignitatibus videmus ſtatutum fuiſſe a iure. cap. placuit. 18. diſtin. gloſſ. & doctor. in capitulo fina. 75. diſtinctio. & in capit. epiſcopos. 17. diſtin.

Hæc igitur ſunt Beatiſsime Pater, quæ præcipua ex multis colligenda ac S.V. referenda duximus in præſenti cauſa præcedentiæ, in qua

qua etiam ſententiam ex mandato S.V. ſubſcripſimus conformem reſolutionibus per nos factis, arbitrantes ita & S.V. ex iure & æquo diffinire poſſe, ſaluo ſemper ſapientiſsimo ac prudentiſsimo illius iudicio, cui nos in omnibus ſubiicimus, finemque dicendi facientes, S.V. pedes humiliter atque deuotè deoſculamur &cæt.



EXCELLENTISS. IVRISCONS.

D. HIERONYMI MENTVATI PLACENTINI.

ALLEGATIONES DE VESTIVM Generibus quibus vti possunt, Canonici Regulares, prȩsertim in Processionibus Sacris,

ARGVMENTVM.

1 Clericalis habitus, qualis.
2 Verba generalia in omni materia, generaliter sunt intelligenda.
3 Lata sit interpretatio vbi agitur de honore diuino.
4 Copula dupliciter accipi potest.
5 Argumentum non ualet, in tali ueste eundum, ergo nihil superimponendũ.
6 Dictio, dimissa veste, intelligitur de gestari solita.
7 Extensio prohibetur in verbis sententiæ.
8 Verba in dubio, declaratiuè non restrictiuè accipienda.
9 Exempla non restringunt generalem dispositionem.
10 Relatiuum restrictiuum, ratione adiuncti perdit naturam suam.
11 Relatio facta ad genus, non restringitur ad certum indiuiduum.
12 Candelabra & ceroferaria pro eodem accipiuntur.
13 Canonicis Regularibus in processionibus prohibetur cappa, ne videantur tanquam Monaci præcedere.
14 Vestis linea propriè Clericorum, & Canonicorum Regularium.
15 Prohibitio generalis non intelligitur de eo, quòd est cultus diuini.
16 Absurda omnino, etiam per improprias interpretationes sunt excludẽda.
17 Summa ueneratione cælebrandum festum sacratissimæ Eucharistiæ.
18 Mens pronunciantis talis præsumitur, qualis de iure esse debet.
19 De iure non requiritur, quòd habitus proprius undique appareat.
20 Præsumitur quòd delegans delegati declarationem factam post sententiam secutus fuisset.
21 Habitus interior attenditur non superior.

C Verba

Verba ſententiæ ſunt hęc.



Ronunciamus Abbates Canonicos, &c. præferri debere, &c. uti Clericos dimiſſa ſuperiori ueſte, pallio, ſeu cappa, in linea ueſte, clericali que habitu incedentes (quod etiam in alma noſtra Vrbe Roma conſuetum fuit, & nunc obſeruatur.)

QVæritur, an ſtantibus verbis iſtis, poſsint ipſi Abbates, & Canonici Regulares ferre ſuper eorum veſte linea in ſacris Proceſsionibus, pluuialia, &cæt.

Diſpoſitio ſententiæ Pontificiæ, de qua agitur, adeo clara perſpicuaque meo iudicio videtur, vt non ſine magna calumnia in dubium reuocari poſsit. Et ſiue vim proprietatemq; verborum perpendamus, ſiue mentem ſummi Pontificis, Illuſtriſsimorumque Cardinalium relatorum intueamur, in eadem ſemper concluſione perſiſtere cogimur. Qua aſtruimus Reuerendos Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini præferendos eſſe Reuerendis Monacis ſancti Benedicti; quamuis nedum in veſte linea ſola, dimiſſa ſuperiori veſte, ſeu cappa incedant, verum etiam ſuper lineam in ſacris proceſsionibus, ſacras veſtes ſeu Pluuialia deferant, luminariaque non ſuper candelabra, ſed aliter, prout hactenus fecerunt, ſecum ferant.

Quòd vt verum comprobetur, in primis de proprietate verborum agendum eſt. Et quia nulla de veſte linea ſubeſſe poteſt controuerſia, qualiter accipiantur verba illa ſententię, *& Clericali habitu*, videndum eſt, & quidem in iure ſatis id expeditum videtur, non eſſe clarè determinatum, qualis debeat eſſe Clericalis habitus,
1 ſed ſufficere ſi ſit honeſtus, qualis deſcribitur in cap. Clerici. de vit. & honeſt. Clericorum vbi omnes not. maximè Imo. nu. 20. ad idem 22. quæſt. 4. per totam. Card. in clementi. prima, in fin. de elect. latè Albe. Trot. in tract. de vero & perfecto Clerico, lib. ſecundo, cap. 38. & habetur nouiſsimè in decretis ſacri Concilij Tridentini de reformatione. cap. 6. ſeſsione 14. Sed quod ornamenta eccleſiaſtica, quibus in ſacrorum miniſterio vti videmus,

demus, vt pluuiale, & similia, sint habitus Clericales, hoc prsus indubitatum videtur: cum certisšimum sit neminem nisi Clericum eis posse vti, & ab illis solis in honorem cultus diuini deferri. ca. vestimenta. de consec. distin. prima. cle. prima. §. in multis. de celeb. miss. cap. exiui. §. quamuis de verb. sign. latè. Specul. in Rationali diuinorum, lib. 3. per totum. maximè cap. 1. Cum ergo simpliciter sententia de linea veste, Clericaliq; habitu loquatur, consequens est, vt vltra lineam vestem omnis habitus, qui propriè Clericalis dici potest, comprehēsus dicatur. In quacunque enim materia quantumuis strictè intelligenda, omnia veniunt, quæ sub generalitate verbi clauduntur. l. cum lege. ff. de test. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. cum similib. Posito enim genere, ponitur quęlibet eius species. l. si quid earū. §. inter emptum. ff. de leg. 3. omnesque species in genere comprehenduntur de proprietate sermonis. Bart. in Rub. ff. solu. matr. Bald. in l. secunda. C. de iur. aur. an. Quod longè clarius procedit in casu
3 nostro, quia vbi agitur de honore Dei, ibi lata fit interpretatio. Bald. in procem. Decretal. in prin. Tiraq. de priuil. piæ causę. priuil. 25. Quinimmo cum Clericalis habitus dicatur etiam is, qui potest aliqua ex parte communis esse cum laico, ad not. in d. c. Clerici, & is exclusus non cēsetur, vt supradixi, multo minus exclusus censebitur sacer habitus, soli Clerico conueniens, nullamque communionem vel similitudinem cum laicali habitu tenens per regulam, si id de quo minus inest, & id de quo magis, de qua per gloss. in cap. cum incunctis. in prin. de elect. Authent. multo magis. C. de sacrosanct. eccle. & cum magis proprium id dicatur quod nullam communionem cum alio habet. l. serui. §. primo. & §. seq. de lega. primo. Absurdisšima vtique esset interpretatio ista, quę magis proprium excluderet. & minus propriū admitteret, contra l. nam absurdum. ff. de oper. liber. cum simil.
4 Confirmanturque prædicta, quia verba illa sententiæ; *in veste linea, Clericaliq; habitu*, dupliciter accipi possunt, vel vt copula accipiatur pro expositiua, tanquam inter speciem & genus cadens, ad Felin. in cap. ex parte. post nume. 33. de rescrip. vel, vt copula ipsa veniat addendo, iuxta propriam illius naturam. l. hoc legatum. & l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum. colum. 3. ff. de fundo instr. & instr. lega. quod vltimum magis placet, quia verba minus superflua sunt, eoque stan

C 2 te

te infertur, quod Papa vltra lineam vestem, voluit etiam concedere quemcunque Clericalem habitum; idque procedit etiam si diceremus copulam restringere videlicet quod ad hoc, vt Reuerendi Canonici præferantur, oporteat vtrunque concurrere, scilicet vestem lineam & Clericalem habitum, ad quod in simili Alex. in l. quod dicitur. nume. 17. ff. de verb. oblig. Etenim quãcunque interpretationem sequamur, res in idem incidit, vt dimissa superiori veste seu cappa, in linea veste concessus sit omnis habitus Clericalis ex proprietate, & generalitate verborum. l. à procuratore C. de procur. l. non aliter. de lega. secundo, cum similibus.

Nec opponatur de clausula illa præcedenti, *dimissa superiori veste, pallio seu cappa*: ex qua, & fortè nimis subtiliter, aliqui eliciunt quod omnis vestis superior dimitti debet, & iri in veste linea, nihilque ei superimponendum sit, quia nullo iure huiusmodi argumen-
5 tum probatur, non enim sequitur, si iri debet in veste linea, ergo nihil est superimponendum. patet hoc euidenter in casu nostro, quia etiam ante sententiam Reuerendi Canonici debebãt ire in veste linea, quia est proprius eorum habitus, vt infra dicetur; & tamen non prohibebãtur superius gerere honestum operimentum, immò ad illud gestandum, quandoque de iure tenentur. tex. est expressus in c. episcopi. 21. quęst. 4. in ver. operimẽtum. Sic etiam non sequitur, quod prohibita veste, *cappa seu pallio* censeatur etiam prohibita delatio indumentorum & ornamentorum sacrorum. Si quidem Pontifex hoc loco sentit nõ de omni veste superiore, maxime de indumentis sacris; sed tãtum de cappa, qua quotidie dicti Canonici vtuntur; vt patet ex illa disiunctiua, *seu cappa*, cuius propria natura est disiungere verba, & coniungere sensum, vt in exemplo Alexan. siue Paris; de quo per Bar. in l. si quis ita. ff. de reb. dub. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. nume. 2. ff. de reb. dub. Dec. consi. 399. col. 2. ex communi autem verborum significatione illa non veniunt sub nomine cappę, vt notum est, quæ significatio alijs præualet. l. librorum. §. quod tamen. Cassius. ff. de lega. 3. cum similibus. immo idem est etiam de iure, & de proprietate verbi, vt per gloss. in cle. ne in agro. §. 1. in ver. cappa. de statu mona. Bertac. in ver. cappa. vbi ait
6 quod est vestis Monacorum. Accedat quòd proprietas illius participij, *dimissa*, verificatur tantum in re, quam quis habet & tenet,

cap-

cap.admonet.de renun.l.quod.§.si à furioso.ff.de acquir.poss. & sic in cappa, quā gestare.solent, non in vestibus sacris, quibus rarò utuntur, priuatio enim præsupponit habitū. l. decem. ff.de verb.oblig.verba autem sententiæ propriè & strictè de sui natu-
7 ra accipi debent, nec patiuntur extensionem de casu ad casum. l. 1.ff.si plur.vna sententia.cum similibus.de quibus, per Aimo. in consi. 10.nume. 3.& de extensione prohibita in sententia latè Ruin.consi. 116.nume.6.& seq.lib.4. Prӕterea verba sententię concedunt uestem lineam, item &, uti Clericis generaliter habitum Clericalem; ergo vt tollatur contrarietas in eadem dispositione, ad not.in cap.inter dilect.de fid.instru. & ne videatur supra prohibere, quod infra concedit, vtque seruetur proprietas verborum, à quibus in dubio recedendum non est.l.non aliter. ff.de leg. 3.dicendum est, quòd in superioribus agatur de cappa seu pallio nō Clericali, & cum interpretatio, cui nos innitimur, magis seruiet proprietatem verborum tollat cōtrarietates, magisque conueniat materię, de qua agimus, minusque deroget cultui diuino, cui semper minus derogari debet.c. ex parte. de const.& illa sine dubio est cęteris præferenda, ut per Deci.in l. quoties idem sermo.in fi.ff.de regul.iur. Denique cum magna diuersitatis ratio vigeat inter prędictas vestes quotidianas, & alias sacras; istę enim sunt propriè Clericorum, & geruntur ad augendum honorem cultus Diuini, ut dictum est: at illę nec cōueniunt propriè Clericis, nec sunt dicatę sacro cultui. Ergo ex tam diuersis nulla fieri potest illatio, l.Papin.ff.de minor.de quo etiam infra tractabimus, vbi de mente agitur.

Non obstat etiam clausula illa sequens: *quod etiam in alma nostra vrbe consuetum est, & nunc obseruatur*, quasi ex ea restringantur praecedentia, ut omnino in processionibus, & aliis actibus eundum sit more Romano, & sicut in ueste linea prout Romę obseruatur. Quia respondetur clausulam illam appositam fuisse non ad restrictionem, sed ad declarationem precedentium ex pluribus.
8 Primumque, quia in dubio ista interpretatio amplectenda est, per quam verba declaratiuè, non restrictiuè accipiuntur. Bart. in l.centurio.col. 10.ff.de vulg. & pupi. Deci.pulchrè consil. 183.in princi.& 371.col.fin.Aimo. consi. 245. post nume. 8. Secundò probatur ex dictione, *etiam*, cuius natura nō est ut restringat, sed ampliet.l.etiam.ff.solut.matri.Dec.consi.466.nume. 17. Ruin.

consi.

consi.89.numero,6.libro primo.

9 Tertiò clausula prædicta uenit ad exemplificandum,quod supra in genere dictum est,ergo succedit, quod exempla non restringunt dispositionem generalem.§.hactenus,instit.de grad. cogn. l.damni.la secunda.in princi.ff.de damn. infect.l.prima,§.quod vulgo.ff.de ui & vi ar.& in simili,est tex.in l.ligni.§. lignorum.ff. de leg.3.vbi Iuriconsf.vtitur exemplo Aegypti, & tamen nemo diceret,quod ea decisio ad mores ægyptios restringatur.ad idem tex.in l.1.§.idem Labeo scribit,ff.de aqua quot.& æsti.& l.hostes. §.fi.ff.de cap.& post lim.& l.j.§.sed & si.ff.ad munic.& alibi sæpe. Quartò, quia eadem ratio est de quocunque habitu Clericali,immo maior in vestibus sacris,vt supradixi,& infra etiam dicetur;ergo nulla existente causa restringendi,sed potius ampliãdi,non debet accipi interpratatio restrictiua,ut post Bald.ab eo allegatum tradit Crau.consi.84.nume.14.Cum ergo veniant ad ampliandum.contrarium effectum operari non debent.l.legata inutiliter.ff.de leg.præst.quod esset si iste habitus restringeretur præcisè ad morem Romanum. Ad quod optimè facit, quia verba de sui natura restrictiua si adscribantur ampliandi animo, uim suam amittunt,vt de dict.ita quòd post. Guil. & Ang. tradit Soc.consf.241.in fin.lib.secundò.multo magis ampliabunt quæ

10 de sui natura restrictiua non sunt. Nec quem moueat relatiuũ. *quod*,cuius natura est restringere:tum quia ex præmissis constat, accipi non debere restrictiuè, tum quia ratione adiuncti perdit naturam: cùm dictio,*etiam*, illi adiuncta ampliet,vt dictum est, & probatur ex l.nuper.in fin.iuncta l.seq.ff.de leg.3.Bart.in l.omnes populi.col.2.ff.de iust.& iur.vbi uult,quòd si copula addatur relatiuo,uerba ampliatiuè accipiuntur,sed in proposito melius probatur ex l.quod & lex Flauia.ff.de lib.hom.exhib.ex quo text. nemo diceret edictum Prætoris restringi ad modum prouisionis legis flauiæ,quia illa criminaliter & diuerso modo ab edicto prætorio prouidit l.non putauit.ff.ad l.Flau. & quod uerba restrictiua amplientur per eã dictionem,*etiam*,tradit Geminianus consi.65.nume.8.Tum denique,quia relatio fit ad uerba generis,idest ad habitum clericalem, ultra uestem lineam, non ad specialem habitum. Et quando relatio fit ad genus non restrin-

11 gitur ad certũ indiuiduum, iuxta illud in casu magis dubio.Mulier quæ damnauit,saluauit,idest muliebris sexus,de quo in cap. primo

primo de sacra.vnc.Arch.in c.ad hoc.in fin.dist.32.Castr.in l. Iulianus.ff.de hæred.instit.Satis ergo retinet relatio naturam suã, ex quo verè inceditur in veste linea,& Clericali habitu ad quem simpliciter,& in genere facta est relatio. Facit quod alibi dicitur,similitudinem esse bonam, si sit in eo de quo principaliter agitur, non in omnibus. Ias.in l.inter stipulantem. §. sacram. nu.11.ff.de verb.oblig.sed principaliter agitur, vt in veste linea & Clericali habitu eatur,non autem precisè, nec particulari modo,qui Romæ obseruatur. Et hoc idem melius probatur,si dicamus quòd illa verba, *uti Clericos*, coniungantur cum participio *incedentes*,& ab eo determinentur,tunc enim magis propriè fiet relatio ad prędicta: vti magis principalia, quàm ad qualitates alias incidentes.ad Bart. in l.si cui seruum. §.si à filio.ff.de leg.1. Deci.consi.593.nume.4.

Non obstat quod de maioribus luminaribus seu ceroferarijs opponitur,quia de his non loquitur sententia,sed de habitu Clericali, quæ verba non conueniunt propriè nisi indumentis, ad not.in cap.ex parte.extra.de reg.&c.si iudex.de sent.excom.lib.6.cum similibus;& præsertim in materia strictè, & propriè intelligenda, vt supra diximus. Præterea cum nullibi repererim, quòd maiora luminaria sint propria Monacorum,& candelabra Clericorum,non video cur Reuerendi Canonici illis vti nequeant, ad quod facit quòd habetur in Pontificali.in tit.de acolito,vbi candelabra,& ceroferaria pro eodẽ ponuntur. Immo illa esse propria Clericorum hinc ostenditur,quia non alia ratione deferun tur,nisi in honorem Sanctissimę Eucharistię,vel aliorum sacrorum.c.sanè.de cęleb.mis.c.cleros.in fi.dist. 21. Prædicta autem ministeria Religiosi Regulares,seu Monaci nõ aliter pertractare,ac ministrare possunt,nisi tanquàm Clerici.c.nemo.& c.alia, & ca. adiicimus.& c.hinc est.16.quęst.prima.& per totam.Sicut ergo ministerium sacrorum,est proprium Clerici: ita etiam qđ est de connexis, & dependentibus necessariis, eodem iure censebitur,cap.translato,de const.cap.accessorium,de regu. iur. lib. 6,l.nam & Seruius ff.de nego.gest.cum similibus. Quod etiam clarius demonstratur, quia delatio luminarium seu cereorum, est proprium munus acoliti,qui ideo cerofrarius appellatur, d. c.Cleros.in fin.dist.21.vbi etiam iuncto pun.tex. habetur. quòd est Clericus;& habet ordinem ecclesiasticum. si igitur hoc proprium

prium est munus Clerici,& non Monaci simplicis, negari non potest quin permissum sit à sententia, quæ nihil Clericalis officij excludit,cum præferat Reuerendos Canonicos, *uti Clericos*, eis etiam Clericalem habitum concedendo. Nec maiora illa luminaria faciunt,quod desinat hoc officium esse Clerici, & efficiatur Monaci:Tum quia alius,nisi Clericus,illo vti non potest,nec esse acolitus,tum quia plus & minus non faciunt differre specie.l.fi.ff.de fund.instr.& instrum.leg.

Quod attinet ad mentem Summi Pontificis pronuntiantis,non est dubium,quod ea in omni materia sono verborum præualet, etiam si verba in contrarium ponderata violari,vel impropriari contingat.l.3.C.de lib.præter.l.cum virum. C.de fideicom. & in sententia est tex.in l.quale. ff.de arbi.l.si ex testamento. in fi.& l.si cum argumentum.ff.de except.rei iudi.Crau.consi.10. nume.4. 181.nume.7. Attamen ex hoc capite non minus splendida redditur controuersia ad fauores Reuerendorum Canonicorum quàm ex verbis: cuius rei ostendendæ gratia presuppono illud, quod per ipsos Monacos adduci solet, videlicet, prælationem, de qua in sententia, fundari in Clericatu, cum ipsi Canonici Regulares videantur magis censendi Clerici, q̃ Monaci, quod patet ex illis verbis, *vti Clericos*. Quo stante voluit Pontifex inducere distinctionem habituum,ne cuiuis videri posset eos non vti Clericos,sed vti Monacos preferri, cũ in pluribus illis æquiparari videantur, vt ex multis probat Dec.in cap.causam, quę in princi. de iud. Præterea cum maximè ex qualitate habitus cognoscatur,qualitas personę dict.ca.si iudex.de sent.excom. lib.6. Hinc factum est, vt Canonicis Regularibus prohibuerit in actu
13 prelationis gestare vestem,seu cappam illam,quam gestare aliàs solent,quæ videtur Monastica,vt supra dictum est,& potius similis cucullę,vt patet ex descriptione cucullę, de qua in cle.in agro. in prin.de stat.mo.vbi quod est habitus amplus & longus, manicas nõ habens, & per Albe.in Dictio.suo,in dict.habitus,& in dict.cuculla,& propter caputium annexũ ipsi vesti, quod est proprium Monacorum & non Clericorum, ad not.in d.clem.ne in agro. vbi Card. in 4.& 6.notab. ne ex illo habitu ambiguo dubitari posset,an Clerici censendi essent, cum Clericis non conueniat. Voluit autem retineri vestem lineam, quæ non conuenit Monacis.c.cum ad Monasterium,in prin.de sta.mon.sed.Clericis,vel

14 cis, vel in specie Canonicis Regularibus & non aliis, dict. c. Clerici. in fi. de vit. & honest. clericorum. & in indiuiduo. Imo. in d. cle. 1. nu. 29. de elect. & latè fuit ductum in causa principali. Quo stante iam liquet de manifesta ratione diuersitatis, cur prohibita simpliciter veste superiore seu cappa, non censeantur prohibita sacra ornamenta, & indumenta: illa enim conuenit Monacis, vel saltem ambigua est, at hæc tantum Clericis seu Clericatu insignitis, vt supra probauimus. Item ex horũ prohibitione impediretur cultus diuinus, secus vero in prohibitione cappę quotidianæ, & propterea in tam patenti diuersitate casuum, non licet ab vno ad alterum arguere, vt supra dictum est, proût è conuerso admisso Clericali habitu, negari nõ potest, admitti etiam delationem sacrarum vestium de identitate, immo maioritate rationis, vt supra dictum est. Plus dico, quod etiam si verba prohibẽtia superiorem uestem essent magis generalia, & dubia, non tamen intelligerentur de vestibus sacris, quæ in honorem cultus diuini feruntur: sicut in simili dicimus prohibitionem generalem non trahi ad pias causas, vt latè per Calcan. consi. 13. ad med. & quòd generalia verba prohibitionis non intelligantur de eo, quod in honorem cultus diuini fit, probat tex. apertus

15 l. 1. §. quod ait prętor. ff. ne quid in loco, vbi habetur quod in prohibitione illa generali, ne quid in loco sacro fiat. non continetur, ꝙ in honorem diuini numinis factum sit. facit quod consuluit Alexan. cons. 53. maximè col. 3. lib. 5. vbi ex multis probat, quod dispositio generalis statuti restringitur, ne cultui diuino derogetur: quòd si verba trahuuntur extra proprium sensum, multomagis proprietatem suam retinebunt, ne cultui prædicto derogetur, prout ex parte derogaretur, si Reuerendis Canonicis auferretur facultas sacra ornamenta in processionibus gestandi. Præterea retenta interpretatione, quàm Reuerendi Monaci asserunt, sequerentur absurda quamplura, quæ nulla ratione menti pronuntiantis conuenire possunt: pro quibus excludendis etiam per improprias interpretationes laborare debemus. l. nam absurdum. ff. de oper. libert. c. venerabilem. & cap. in Genesi. de elec. pro quo plurima congerit. Euerar. in sua Centu. sub tit. ab absurdo, vbi ostendit huiusmodi argumentum esse in omni materia efficax, & validissimum. Primumque illud, est, quod concesso omni habitu Clericali, esset prohibitum illud, ꝙ

magis cæteris & magis propriè Clericale est, vt supra dixi. & facit ad hoc. §. pen. & fin. Instit. de oblig. Secundum quod Reuerendis Canonicis Regularibus prohibita esset res nedum licita, & omni commendatione digna, verum etiam ipsis uti Clericis magis quàm cæteris conueniens: videlicet summa qua vti possunt ueneratio erga sacramenta, & præsertim sanctissimū Christi corpus, ad quam omnia nos iura hortantur d. c. sanè. de cele. miss. & d. capit. 1. de reliq. & ven. sanc. vbi de esto celebratissimo præfati Sanctissimi Corporis. & d. clement. exiui. §. quamuis, de verb. sign. & præsertim nouissimè sac. conc. Trid. cum alibi sæpe, tum verò maximè ses. 13. cap. 5. cum tamen absque distinctione personarum in omnibus commendatur diuinus cultus. text. est in Auth. de mona. in prin. colla. Tertium est quod Reuerendis Monacis prædictis, immo & aliis minus dignis Monacis, & Religiosis permittitur delatio dictarum vestium ac ornamentorum sacroru m & ecclesiasticorum, qui tamen Clerici non sunt ex primaria sui institutione, nec ita digni, vt per Abb. in cap. statuimus. de maio. & obed. cum alijs alias in principali causa allegatis, & tamen reperiretur prohibita Reuerendis Canonicis Regularibus, q originaliter, & essentialiter Clerici sunt, & digniores Monacis prædictis: vel saltem (si id negare possunt) cæteris Regularibus: & sic maior dignitas esse deterioris cōditionis minus digna, contra l. si longiús. §. j. in fi. ff. de iudi. Quartum quod oporteret Reuerendos Canonicos semper incedere in sola veste linea etiam per uicos & plateas, si priuilegio suo vti vellent, absque aliquo superiore operimento contra dict. c. episcopi. 21. q. 4. Itaq; à tot absurdis vindicando sententiam prędictam necessario fateri cogimur, reiiciendam istam habitus differentiam exaduerso excogitatam, quia mens pronuntiantis talis præsumitur, qualis de iure esse debet. Crauet. consi. 45. col. secunda. vbi de Principe Ias. in l. ex facto. ff. de vulg. nec ita accipienda est, vt ad iniustum trahatur. Paris consi. 111. nu. 6. lib. primo. Pręsertim cum lata fuerit ab ipso Summo Pontifice, pro quo iura tantum præsumunt, vt ab ipso factum, à Deo factum dicatur. ca. quarto, de translat. pręla. ad quod infinita congerit Leonar. inter consi. Brun. consi. 114. col. secunda. & eo magis accedente consilio tot prudentissimorum, ad cap. prudentiam. de off. deleg. Et si dicatur quod immo velit Pontifex prohibere omnem superiorem habitum,

habitum ad hoc vt clarius pateat toga linea, quę est proprius habitus Canonicorum Regularium, vt iam dictum est. Ad hoc respondetur, primum verba sententię id nō sonare, quia loquuntur generaliter, videlicet, *vti Clericos.* Item concedunt generaliter omnem habitum Clericalem, & in specie nō prohibēt omnem vestem superiorem, sed cappam tantum, & à verbis non esse recedendum. l. quod constitutum. ff. de test. mil. Secundò non cessare absurda prædicta, maximè secundum, & tertium, de quo supra. Tertiò quòd Pontifex non prohibuit vestem superiorem principaliter, vt appareāt Canonici Regulares, quia id omnibus notum est nec de hoc disputabatur, sed ne ex toga illa superiore dubium superesset illos aliquid habere commune cum Monacis præferri tanquàm Monacos. quod patet ex illo versi. *vti Clericos,* & ex speciali prohibitione cappæ, & non cuiuscunque alterius vestis dixissetq; etiam, vti Canonicos, non *vti Clericos,* si ita sensisset. Quartò non erat opus prohibere omnem vestem su-
19 periorem, vt vndique linea appareret, quia de iure id minimè requiritur, immo de ea nihil curatur. Imo. in d. cle. 1. nu. 29. de elec. ideò dispositio ista, quę tollit alioqui de iure permissum, restringenda est ad cappas & vestes similes monasticis, non autē ad Clericales, vt minus præiudicium inferatur tertio. l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco. pub. cum simil. ac etiam ne cultui diuino derogetur, vt supra dixi, per tex. in l. j. §. fin. ff. ne quid. in lo. sac. cui omnia iura fauent. ad not. in d. c. ex parte. de constitut. in l. sancimus nulli. cum seq. C. de sacros. eccles. & toto tit. C. de episco. & cler. Postremò, cum sententia ista lata fuerit ad relationem triū Illustrißimorum Cardinalium, quàm etiam Papam sequutum fuisse præsumimus, ad not. in l. 1. §. 1. ff. quan. ap. sit. & per Roma. consi. 521. & de mente ipsorum Cardinalium, maximè Illustrissimi Tranensis & Saraceni, clarè appareat, tum ex verbis eorum relationis, quæ in specie loquitur de superiori veste linea, de qua quidem relatione fit mentio in sententia, tum etiam ex mox sequutis, videtur ex literis Illustriß. Saraceni, quarum copiam infra ponemus, & præcepto Illustrißimi Tranensis in huiusmodi cōtrouersia; nulla superesse videtur difficultas, si veritatē omißis calumnijs quærimus: si quidem potest iudex, etiam post sententiam, probabilem declarationē verbis dubijs afferre, vt per Bart. & Dec. in l. ab execut. ff. de appel. & rel. & licèt in delegatis id pro-

20 cedere non videatur, præsumitur tamen quod delegās declarationem delegati sequutus fuisset, vt in specie firmat Alcia. consi. 439. cum maximè ex collatione sententiæ & relationis dictorū duorum Cardinalium liqueat eas in hoc puncto omnino conuenisse: & eas summum Pōtificem sequutum fuisse. De mente verò Illustrissimi Cardinalis Sancti Clementis dubitandum nō est, cum illius relatio doceat ipsum reiecta hac distinctione habitus, sensisse Reuerendos Canonicos absolutè esse præferendos: nec immeritò (si hos in cœlum licet ponere) cum dicti Canonici ex illa delatione superioris cappæ, non desinant esse Clerici, prout sunt, & cum propria eorum vestis sit illa interior linea, nec de superiori curādū sit, in indiuiduo. Imo. in d. cle. j. nu.
21 29. de elect. Omissa tamen hac disputatione, vti minimè necessaria, sentio vt supra conclusum est. Saluo &c. Laus Deo.

COPIA DELLA LETTERA DI MONS. REVEREN. & Illustrissimo Saraceno, sopra all'habito de Canonici Regulari in Processione.

ALL'ILLVSTRIS. ET REVERENDISS. mio osseruandissimo monsignore, Il Cardinal di Trani.

PER vn puoco d'indispositione di Nostro Signore non gli ho puotuto parlar del negotio de' Canonici Regolari & de' Padri Caßin. & hauerne quell'oracolo viua vocis, che S. S. Illustrißima desidera per la sua. Ma fra tanto che mi verrà commodità di parlargliene, le dico, che mi pare, che benche i detti Canonici haueßero portato piuiali sopra la veste & rocchetto loro lineo, come fanno ancora i preti Secolari; non haurebbeno fatto alcun præiudicio a Caßin. perche, poiche la cotta seu veste linea precede, ch'è habito de' Clerici, & sono Clerici Regolari, come si domandano, & con piuiali, & con pianeta deueno precedere. Et questa è la mente della sentenza; licèt verba hæc non exprimant. *Pur com'ho detto ne parlerò à S. S. con buona occasione, & à S. S. Illustriß. & Reuerendiß. ne darò auiso, alla quale bascio la mano, & me le offero & raccomando con pregar Dio le feliciti.*


Di Roma, il primo di Luglio M D LXV. di V. S. Illustr. & Reuer.


Humiliß. Seruitore Io. Michaele Cardinale Saraceno.

ZACCHARIAE FERRERII, VICENTINI THEOLOGI, AC IVRISCONSVLTI, ABBATIS SVBASIENSIS, DE proprio, & vero habitu Canonicorum Regularium: Allegationes:

Vbi apertè demonstrat habitum ipsorum non alium debere esse nisi Clericalem, Prelatosque ex ordine Canonicorum Regularium assumptos, tam de iure communi, quàm ex libro Cerimoniarum Sanctę Romanę Ecclesię debere vti Rochetto, more Romanę curiæ: & cultu ac forma indumentorum, quibus vti possunt prælati ex Clericis Sæcularibus assumpti, ad differentiam aliorum Religiosorum.

AD SANCTISSIMVM PAPAM ET Dominum nostrum, Leonem X. Pont. Max.





Vdiui Pridie *Enarantibus plerisq;(Pōtificum beatiss. LEO,) quum subsignandis supplicantium postulatis elaborares: nonnullis doctissimis & feruantissimis patribus coram tua Beatitudine disceptatum esse, quisnam uerus Regulariũ Clericorum, siue Canonicorum habitus existeret: alijs quidem cappam; alijs superpelliceum lineum: alijs togam lineam, (quę curiali vocabulo rochettus cognominatur) ad eorum habitum pertinere asseuerantibus; dubitatúmque ibi fore si ex huiusmodi Canonico statu ad prelaturam assumpti viri rochetto, & almutijs de panno utrunque humerum capientibus, & pileo inferius viridi si sint episcopi ad instar prælatorum ex Seculari Clero assumptorum vti possint. Item &*

qualis

qualis eisdem color propriè competeret; & an in capella Apostolica uti possint cappa cum pellibus albis. Et quoniam rogatus sum, ut de hac materia breuiori compendio (ut par est) aliquid scribam, quod summatim edidi id tuæ maximæ, & sapientię & authoritati decernendum post beatorũ pedum oscula supplex offero; cuius felicissimo auspicio omnium bonarum artium disciplinæ diu penè obliteratæ, & mortuæ reuiuiscunt, & ex situ ac squallore ereptæ quotidie in lucem & splendorem prodire cernũtur. Cathegoricè itaque breuitatis causa procedens, septem pono conclusiones; quæ & rationibus, & sacrorum canonum, ac diuersorum approbatissimorum doctoribus authoritatibus fulciuntur.

PRIMA CONCLVSIO.

CLerici Regulares, siue Canonici profitentes Clericorum instituta à diuo Augustino tradita, nullam determinatam habitus formam, neque ab ipso Augustino, neque à iure communi, neque ab vniuersali consuetudine habent, pręter formam habitus Clericorum Sæcularium, toga linea, seu aliàs rochetto, dumtaxat exceptis.

SECVNDA CONCLVSIO.

CLerici Regulares, siue Canonici præfati possunt vti, & communiter vtuntur almutijs de panno super humeros sicut Clerici Sæculares.

TERTIA CONCLVSIO.

CLerici Regulares, siue Canonici vti possunt quocũque colore Clericis Sæcularibus de iure cõmuni permisso, sicut & vtuntur ad libitum; salua tamen consuetudine diuersarum ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum, siue congregationum, quæ ex lege priuata vtuntur determinato colore.

QVARTA CONCLVSIO.

CAnonici Regulares, siue Clerici, secũdum traditiones tam apostolorum, quàm Augustini, & summorum põtificum, nec

nec non determinationes doctorum, non habent determinatum habitum, nisi superpelliceum, togam lineam, siue secundū librorum cerimoniarum S. R. E. rochettum, qui ipsorum dicitur essentialis habitus.

QVINTA CONCLVSIO.

CLerici Regulares, siue Canonici præfati vti possunt subindumentis, siue toga, lineis, aut rochetto præfatis cum manicis strictis & clausis more Romanæ curiæ, sicut & utuntur in pluribus prouincijs: salua tamen Consuetudine diuersarum ecclesiarum, & congregationum dicti ordinis, in quibus habēt determinatam normam.

SEXTA CONCLVSIO.

QVum habitus Apostolorum & sacerdotum primitiuę ecclesię fuerit toga linea, vt probabitur: ideo imitantes professionem Apostolici status in regimine ecclesiarum, sicut Episcopi, & in vita communi, dum sint Ordinis essentialiter Clericalis, sicut Canonici Regulares pariformiter vtuntur ipso habitu Apostolico superindumentis lineis, data tamen aliqua differentia inter Pręlatos & non Pręlatos, qua inuicem discerni posśint.

SEPTIMA CONCLVSIO.

PRælati assumpti ex præfato Ordine Canonicorū vti debent rochetto, & pileo uiridi interius. Item possunt vti forma habitus prælatorum, & colore prælatis, etiam ex Clericis Sęcularibus assumptis consueto, quum in contrarium quicquam non caueatur, neque ab eorum regula, neque à iure communi: quoniam regularis professio sub regula Augustini non impedit delationem cuiuscunque honesti coloris sæcularibus etiam clericis permisśi, sicut in facto apparet: salua semper tamen consuetudine quarundam ecclesiarum, & specialium congregationum, quæ leges habent particulares.

ARGV-

ARGUMENTUM.

1 ¶ Canonici Regulares, ut Clerici, in ecclesia primitiua sunt instituti.
2 Apostoli, tanquam Clerici Regulares vota emiserunt.
3 Clerici Hierosolymitanæ Ecclesiæ, Regulares erant.
4 Iacobus Apostolus Domini frater, Hierosolymitanæ Ecclesiæ præfuit, atque lineis superindumentis vestiebatur.
5 Alexandrinam Ecclesiam sub Clericis Regularibus Marcus Euangelista instituit.
6 Canonici Regulares in primitiua Ecclesia Clericalem, Monaci uerò laicalem unitatem repræsentabant.
7 Canonicis Regularibus per se competit, ut sint clerici; Monacis uerò non. & nume. 18.
8 Canonicis Regularibus, ut Canonicis docere licet: non autem Monacis. & numero 60.
9 Canonici Regulares Clericali utantur habitu.
10 Canonici Regulares in iure, puro Canonici nomine appellantur.
11 Clerici omnes in ecclesia primitiua in communi uiuebant.
12 Augustinus Canonicorum Regularium reformator & illustrator.
13 Canonia in Clericis Regularibus cadit.
14 Canonicatus nomine, Regularis Canonicatus uenit.
15 Canonicus Regularis in ecclesia sæculari Canonicus esse potest.
16 Canonicus Regularis à Monaco maximè differt.
17 Status Monasticus licèt sanctissimus, & arctior statu Canonicorum Regularium, non tamen perfectior.
19 Canonici Regulares à leuitis ortum habuerunt.
20 Canonicus Regularis Ecclesiæ Sæculari absq; dispensatione præfici potest.
21 Canonicus Regularis à Clericali dignitate per Regularem professionem non cadit.
22 Clericus quilibet quolibet Monaco dignior.
23 Canonici Regulares cathedralium Ecclesiarum regimen habent.
24 Canonici Regulares Abbatialem habent dignitatem.
25 Ruffus Apostolorum discipulus, & Clericus Regularis, primusque Auinionensis Episcopus.
26 Canonicorum Regularium institutio Apostolorum tempore extitit.
27 Canonici Regulares antiquitus non Canonici, sed Clerici nuncupati.
28 Canonicos Regulares restrictiuè de Monacis cauta non comprehendunt:

nec

nec in odiosis eorū appellatione Canonici Regulares veniunt & nu.59.

29 *Canonici Regulares Lateranensem ecclesiam, Papalem titulum, Ecclesiasq; principales Cardinalium antiquitus colebant.*

30 *Canonici Regulares in Canonicos Sæculares facile rediguntur.*

31 *Augustini Ordo non nisi de Canonicis Regularibus intelligitur.*

32 *Augustini Regula pro Canonicis Regularibus edita.*

33 *Canonici Regulares sunt Clerici communiter uiuentes.*

34 *Augustinus se Clericum dicit.*

35 *Clericatus magis propriè Canonicis Regularibus, quā Sæcularibus inest.*

36 *Canonici Regulares Prælati, sicut Prælati Clerici habitum gestant.*

37 *Habitus statui congruere debet.*

38 *Canonicis Regularibus non nisi quæ & Clericis Sæcularibus (toga linea excepta) conueniunt habitus colorisque forma non est determinata.*

39 *Instantia uilibus etiam indumentis inest.*

40 *Canonici Regulares quod Clericorum Sæcularium more incedant; ferè ubique terrarum extat consuetudo.*

41 *Canonico ordini speciales congregationes legem non imponunt.*

42 *Canonicos Regulares in Anglia indifferenter violaceo colore vtuntur.*

43 *Canonici Regulares Prælati in Anglia rosaceo utuntur.*

44 *Apostolorum habitus, lineus & candidus.*

45 *Episcopi & Clerici Regulares cur lineo albo utantur habitu.*

46 *Ciues cœlestes candido habitu communiter visi.*

47 *Canonicorum Regularium habitum lineam togam esse.*

48 *Episcopi, & Canonici Regulares indumentis lineis strictis cur utantur.*

49 *Christi tunicam inconsutilem, lineam extitisse.*

50 *Christi indumenta candida fuisse.*

51 *Pontifex summus alba tunica quare induatur.*

52 *Clerici Sæculares, modò lineam deferant togam, de uestimentorum colore non curandum.*

53 *Canonici Regulares pro uero proprio habitu, non nisi linea super indumenta deferant.*

54 *Canonici Regulares colores deferre Clericis Sæcularibus permissos, regularis eorum professio haudquaquàm impedit.*

55 *Canoncis Regularibus canonum doctorib. coloris rubei delatio cōceditur.*

56 *Canonicos Regulares superpelliceis in diuinis uti possunt.*

57 *Canonic Regulares, dum diuina celebrant, à Clericis Sæcularibus, præsertim in indumentis lineis non differunt.*

58 Præ-

58 *Prælati ex Canonicis Regularibus assumpti rochetto uti possunt, non tamen Monaci, aliique religiosi.*
60 *Canonicis Regularibus prohibitũ nõ censetur, quod Monacis interdicitur.*
61 *Accessorium suum sequitur principale.*
62 *Canonicis Regularibus pileus concessus.*
63 *Consuetudo antiqua & contraria, legem interpretatur & statuta.*
64 *Odia restringi, fauores verò ampliandos.*



VONIAM, vt ait Philosophus, in primo de generatione, omnes formę accidentales formam substantialem sequũtur, & secundum eius exigentiam inducũtur, si probauero Canonicos regulares in sua forma substãtiali esse essentialiter Clericos sicut & clerici sæculares, cõsequens erit vt forma accidẽtalis quę consistit in habitu & cultu exteriori, sequatur formam ipsam substantialẽ, vt secundũ eius exigentiam superinducatur: & ita ipsorum habitus demõstratiuè probabitur non nisi essentialiter clericalis: data aliqua differentia, non tamen de necessitate, sed de congruo: qua à clericis sęcularibus discernantur, quæ consistit in toga linea. Et quoniam præsens materia canonistalis est potius, quàm alterius facultatis. ideo ad canones præsertim est, recurrendũ. Probo itaq; Canonicos Regulares in sua substantiali forma esse Clericos essentialiter, purè quidem, propriè, & simpliciter, & in sua essentia & proprietate aliud quid ita esse à monacis & aliis religiosis, vt sicut oppositum ab opposito inuicem differant: nec in restrictiuis & odiosis ex eorum appellatione aliquatenus censeantur: & ad hoc quadrupliciter. ¶ Primò ex eorum institutione. ¶ Secundò ex eorum nomine. ¶ Tertiò ex eorum Regula. ¶ Quartò ex summorum Pontificum & generalium Conciliorum decretis, constitutionibus, declarationibus, & priuilegijs.


PROBATIO PRIMA
ex ipsorum Canonicorum institutione.

1 CAnonici† quippe Regulares in primitiua ecclesia vt Clerici ad imitationem Apostolorum in cõmuni viuentes instituti sunt. Testatur Vrbanus Papa in c. scimus, & in c. videntes. 12. quæst. 1. Et ꝙ ibidem loquatur Vrbanus propriè de Clericis canonicam vitam professis patet, quoniam ait: Quicunque vestrum

ſtrum communem vitam ſuſceptam habet & nouit ſe nihil pro
prium habere, videat ne pollicitationẽ ſuam irritam faciat, ſed
hoc quod eſt domino pollicitus fideliter cuſtodiat; ne dãnum,
ſed præmium ſibi acquirat: quoniam melius eſt non uouere, ꝗ̃
uotum prout melius poteſt, non perficere. Patet etiam clarius,
quoniam immediatè per Gratianum ſubiiciuntur textus ex Re-
gula Auguſtini de Communi uita clericorum, videlicet. c. no.
lo. & cap. non dicatis, qui referuntur ad actus apoſtolorum. ca.
ſecundo, & quarto. in fin. & in principio capituli 5. ad inſinuan-
dum, quòd tales Clericos inſtituit etiam Auguſtinus vel potius
reformauit & reduxit ad ritum primitiuę eccleſię, & quòd eius
regulam profitentes Canonici nõ ſint niſi Clerici qui in primi-
tiua eccleſia inſtituti ſunt ab apoſtolis. Apoſtoli enim, qui & Cle
rici eſſentialiter & Sacerdotes per illa verba Saluatoris Luc. 14.
Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſsidet nõ poteſt meus
eſſe diſcipulus: & per ea quæ dixit Petrus Matth. 19. Ecce nos re-
liquimus omnia & ſecuti ſumus te: & per ea, quæ in præfatis
Apoſtolicorum actuum epiſtolis recitantur, erant communiter
viuentes. Et vt affirmat ſanctus Thomas in 4. diſtin. 34. art. 2. q. 3.
ſecun. ſecundæ. q. 88. art. 4. & Pe. de Pal. in 4. eadem diſt. Apoſtoli
2 †creduntur ea quę ſunt ſupererogationis nouiſſe, Sicuti Regula
res Clerici. Vnde Clemens primus Papa, qui pontifex à Petro
apoſtolo electus eſt in epiſtola 4. ad Iacobum Hieroſolymitanũ
Epiſcopum ſcribit Clericos Hieroſolymitanæ eccleſiæ ad inſtar
apoſtolorum nihil proprium dicere debere, ſed communem vi
tam ducere ſicut & apoſtoli duxerunt: & habetur 12. quęſt. pri-
3 ma. c. dilectiſsimis, quod† de Regularibus Clericis ſiue Canoni
cis tantum intelligi inſinuat prælibatus Gratianus, dum imme-
diatè ſubiũgit, textum Eugenij Papę primi eadem cau. & q. quo
cauetur vt iuxta eccleſiam clauſtra cõſtituantur, in quibus Cleri
ci eccleſiaſticis diſciplinis vacantes vnum habeant commune
refectoriũ & dormitorium & officinas ad vſum Clericorum ne
ceſſarias: quod de Regularibus Canonicis intelligi dicit gl. in c.
quoniam de vit. & honeſta. clericorum, in verſ. qui ſimul viuant.
vbi eadem materia tractatur. Et ſecundum Speculatorem in
tit. de vit. & honeſtate clericorum. & in ſuo Rationali, vbi de no
cturnis officijs tractat quaſi omnes Clerici, & pontifices primiti
uę eccleſiæ fuerunt Clerici Regulares, qui à iure communi Ca

nonici quoque Regulares appellantur: & regulariter vixerunt vſ que ad Vrbanum præfatum Papam incluſiuè, vt in dicto cap. ſci mus. 12. quæſt. prima. Et notandum quòd eccleſia Hieroſolymi tana, quæ origine fuit prima inter omnes eccleſias, fuit à ſui inſti tutione Clericorum ſiue Canonicorũ Regularium per præall.
4 cap. dilectiſsimis, & doctores: & huic eccleſiæ præfuit † Iacobus apoſtolus frater Domini. Vnde non ab re induebatur ipſe Iaco- bus ſuperindumentis lineis, vt tradit Hieronymus de viris illu- ſtribus, quæ pertinēt ad habitum Clericorum ſeu Canonicorũ
5 Regularium. Similiter & patriarchalis eccleſia † Alexandrina iuxta authenticas hiſtorias præſertim eccleſiaſticas, à ſui inſtitu- tione fuit Clericorum vel Canonicorum Regularium. Dictæ enim eccleſiæ præfuit Marcus Euangeliſta diſcipulus Petri apo- ſtoli. 22. diſt. cap. ſacroſancta, vbi poſt Romanam eccleſiam præ- ponitur omnibus alijs. Et vt teſtatur Leo papa ſcribens Dioſco ro Alexandrino pontifici, in cap. quum beatiſsimus. 24. quæſt. j. nephas eſt credere quòd ſanctus diſcipulus Petri Marcus, qui Alexandrinam primus eccleſiam gubernauit alijs regulis & tra- ditionibus ſua decreta firmauerit, quæ Petrus & alij apoſtoli or dinarunt, uidelicet quantùm ad communem vitam Clericorũ.
Refert autem Archiepiſcopus Florentinus D. Antoninus, in 3. par. Croni. ſuę in tit. de ſacro ordine Clericos Regulares, q Canonici
6 † dicuntur, repræſentaſſe in primitiua eccleſia vnitatem & com- munitatem clericalem & ſacerdotalem, quæ fuit in apoſtolis: Monachos verò repræſentaſſe vnitatem vel communitatem lai calem, quę fuit in laicis diſcipulis: & iſtud dictum, traxit arbitror, ab Caſsiodoro in hiſtoria tripartita Auguſtinus, ideo non inſti- tuit Canonicos Regulares niſi vt Clericos vt inquit Poſsidonius in vita eiuſdē. Auguſtinus, enim factus epiſcopus cum Canoni cis & clericis eccleſiæ ſuæ Hipponenſi, qui tunc ſeculares erant, cœpit viuere ſub Regula à ſanctis apoſtolis inſtituta: & inde Ca nonici illi & Clerici in communi uiuentes & proprio abrenun ciantes appellati ſunt Clerici & Canonici Regulares ad differen tiã Clericorum & Canonicorum ſæcularium proprium haben- tium. Vnde in præallegato cap. nolo. 12. q. 1. idem Auguſtinus Clericis & Canonicis ſuis ait, Nulli liceat in ſocietate noſtra ha bere aliquid proprium & infra. Sed qui de proprio uiuere vo- luerint, & ſocialem vitam mecum ſuſcipere noluerint, clerica- tum

tum eis non tollam, sed seorsum maneant, seorsum viuant.
Propterea sanctus Tho. ad denotãdum Canonicos Regulares a sua institutione esse essentiales Clericos, maximamque differentiã inter Canonicos Regulares & Monacos vel aliquos religiosos existere secun. secund.q.189. art.4.in respon.ad secundũ argu-
7 mentũ, dicit quod † statui Canonicorum Regularium per se cõpetit vt sint Clerici, sed ordini Monacali non per se competit vt sint Clerici, vt habetur 16.quæst.prima, cap.alia. & capit. placuit. Et quamuis ipsi Canonici sint Regulares, nusquàm tamẽ ueniũt appellatione Monacorum in odiosis, & restrictiuis, ut expresse patet in capitulo, quod dei timorem. de statu monac. licet bene in fauorabilibus secundum doctores in cle.ne in agro. de sta. mon. Quare idem sanctus Thom. in libro contra impugnantes
8 religionem, in 4.cart. in respon. 2.arg. ait, quod † dato quòd monacis docere non liceat, non sequitur tamen quòd Canonicis Regularibus nõ liceat docere, quum Canonici Regulares propriè inter Clericos repetentur: quòd sequitur Archid. in capit. mandamus. 19.q.3.& Io.An.& Card. in cap. sanè. de regul. ante finem: & Ioañnes in summa Confessorum lib.6.& Rayner. in sua summa, in verbo Monacus. Si ideo ex sua institutione Canonici Regulares Clerici essentialter existunt & nõ Monaci:
9 ergo & honesto habitu clericali vti debent, quum † quilibet suę militiæ & professionis non alterius insignia ferre teneatur.l.1. C. qui bon.ced.poss.& cap.ecclesiastica.23.distinct. Ex quo patet quãta ignorantia & insipientia notandi sunt, qui temere dicunt ipsos Canonicos nescio quem cucullum siue caputium deferre more aliorum religiosorum: quum penitus ignorent statum ipsorum ac si nunquam ius commune inuestigassent aut vidissent, more cęcutientium, qui putant vmbras omnes esse homines. Isti enim arbitrantur omnes Regulares tam Clericos seu Canonicos, quàm Monacos & alios religiosos esse eiusdem status: quum nesciant discernere inter statum Clecalem, & Monacalem seu aliorum Religiosorum &c.



SECVNDA

SECVNDA PROBATIO *ex nomine.*

SECVNDO probo Canonicos Regulares ex sui nominis appellatione non posse esse nisi essentialiter Clericos. Nam quum cæteri omnes Regulares nuncupentur aut Monaci, aut Fratres; soli Canonici Regulares, ad insinuandum quod Clericatu essentiali ab alijs longè differant, appellantur Canonici,&, vt plurimum,in corporis iuris vocantur à summis Pon-
10 tificibus nudo vocabulo † Canonici, sine additamento Regulares, vt in cap. perniciosam. & in capitulo, dudum. 18.quæst. secunda.& in cap.sunt nonnulli. 16.quæst.prima.& in capitu.in omnibus.de con.dist.5.& in c.quum causam. & in c. Cumana. de elect.cap.post translationem,de renun.cap.intelleximus.ibi: Canonicatus ordine de ætate & qualitate,in cap.quum in ecclesiis.de maior.& obed.in cap.dilectis.de iudi.& in cap.quum. super. in suprascriptione. de conf. cap.quum venissent. de restit. spol.cap.ex literis.de dol.& contu.cap.quum I.& A. de senten.& re iudic. Item in cap.quum causam. de appell.cap.ad nostram. de confir.vti.vel inutil.cap.sicut nobis.cap. licet,in principio.de regula.cap.nullus de iur.patr.Item in capit.ad audientiam.2. de eccle.ædif.c.quum olim.el 2.in principio,de priuil.cap.non dubium.de sentent.excomm.cap.si Canonici,cum glo.de offic.ordinarij.in 6.clem.dispendiosam.iuncta gloss.in versicu. beneficijs.de iudic.& alijs pluribus. Quæ quidem iura omnia loquuntur de Canonici Regularibus Sancti Augustini:& tamen nominant eos Canonicos tantum non exprimendo Regulares: eo quod & si professione: ordine tamen & honore non differant à Canonicis Sæcularibus. Canonicus enim grecè idem signat quòd Regularis latinè,ca.canon.4.dist.Et istud nomen Canonicus prius fuit in Regularibus quàm in Sęcularibus canonicis: quoniam est proprium vocabulum Regulariũ, qui erant Clerici primitiuæ ecclesiæ (vt supra probatum est)quoniam in primitiua ecclesia nõ erant Clerici siue Canonici Sęculares,neq; prębendæ,vt benè refert & probat Abbas in cap.episcopus.de pręb.
11 sed † omnes Clerici viuebant in communi,vt optimè adducit Card. Alexand. in cap. sicut.44.dist. Vnde quum postmodum non omnes vellent se sub hac lege arctare deficiente feruore pristino,superuenerũt & creuerunt Clerici & Canonici Sæcula


res remanentibus tamen aliquibus semper & plurimis,qui cō-
munem vitam & regularem professionem obseruabant in va-
rijs ecclesijs cathedralibus & collegiatis,quarum adhuc magna
pars perseuerat in vita regulari,vt demonstrabitur inferius. Su-
12 perueniens postea† Augustinus Canonicum Ordinē pręfatum
plurimis instaurauit ac illustrauit disciplinis, nihil tamen aufe-
rens de Apostolicis institutionibus,aut de statu essentialiter Cle
ricali: quum & ipse Clericalis & Canonicus status cum ipso no
mine semper perseuerauerit. Hoc enim nomen Canonicus
pręsupponit de sui natura Clericatum essentialiter & necessariò
in esse, vt probatur in cap.secundo, de instit.& in cap.per exem
ptionem.de priuil.in 6.& glo.& doct.in cap.statutum.de rescrip.
in 6.in versicul.Canonicis: per Inno.& alios in cap.sedes de re-
scrip.Abbas in cap.benè. el 1.in primò notabili.de postu.præla.
& in rubri.de vita & honestate Cleric.& in ca.quum tibi.de ver-
13 bor.significatio. Canonia † quippe secundum doct. est ius spi-
rituale, quod nòn cadit nisi in Clericos,vt per glo.in cap.secun-
dò, de inst.& non tantùm cadit in Clericos Sæculares, sed& in
Clericos Regulares & Canonicos regulariter viuentes.patet 1.
q.1.cap.eos qui.vbi dicitur, in canonijs Regulariter viuant. Est
enim secundum Ioann.And.Canonia spiritualis fraternitas, in
choro,in stallo & loco:de quo in cap.2.de renun.& in cap.rela-
tum.de præb.& glo.in clemen.dispendiosam.in vers.beneficijs.
14 de iudic.in 6.dicit quòd†nomine Canonicatus venit etiam Ca
nonicatus Regularis: & idem ibi dicit Car.Zab.Non ideo ab re
dixit Hugutio,quem refert gloss.in cap. Deus qui. de vita & ho-
15 ne. cleric. in verb.professi, quòd † Canonicus Regularis potest
fieri Canonicus in ecclesia sæculari,quum sint pariformiter Ca
nonici quantum ad clericalem statum æquè in eis existentem:
quòd nō potest verificari de Monacis & alijs Religiosis, qui pos
sunt in suo ordine esse nō Clerici, quod non potest esse in Ordi
ne Canonicorū: quum Canonicus de se dicat & præsupponat
Clericū,vt probatum est. Monaci enim differunt a Clericis etiā
Regularibus sicut nigrum ab albo, vt patet 16.q.1.ca.alia.& cap.
legi. & 18.q.2. cap. quidam monacorum. circa medium: vbi
Monaci nominantur cum laicis: Regulares vero Canonici no
minantur cū Clericis: ibi,qui pauperum dispositione vel mona
16 steriorum vel martyriorum præsunt. Tanta†quippe est differen
tia

tia de per se inter Canonicam & Monacalem professionem, quanta est inter statum Clericalem & laicalem, vt patet in cap. nullus abbas. in ca. mandamus. & in cap. statuimus. 19. q. 3. quibus prohibebatur antiquitus trāsitus de statu Canonicorum Regularium ad statum Monacorū tanquam de perfectiori ad imperfectiorem: quū Clericatus essentialiter annexus Regulari vitę sit maioris perfectionis quàm Regularis vita sine clericatu: vt constat in cap. legi. 16. q. 1. vbi dicitur quod uix bonus Monacus facit bonum Clericum scilicet Regularem: vt constat ex illo canone, qui est Augustini loquentis de suis Clericis, qui erant regulares. Vide optimè de hoc beatum Thom. secun. secundæ q.
17 189. arti. 8. Nam licet † status Monasticus sit sanctissimus & arctioris vitę quàm status Canonicus: vt in ca. quòd Dei timorem. de statu monac. non tamen est maioris perfectionis: quia ille status est maioris perfectionis, vbi digniora maioraque charitatis officia exercētur, cuiusmodi est docere, instituere, & illuminare. Et iuxta prefatum sanctum Tho. vbi supra, in transitu vnius Religionis ad aliam nō debet attendi maior arctitudo uitę, sed status perfectior ex meliori dispositione ad debitum finem. Ea ratione licet status Monachalis habeat maiorem arctitudinem vitę: puta in ieiuniis, abstinentia, clausura, & abdicatione proprij, quàm status Episcopalis: non tamen licet de statu Episcopali, qui est maioris perfectionis, transire ad statum Monachalem, qui est maioris arctitudinis, vt patet in cap. nisi cum pridem. de renun. quæ quidem ratio pro corroboratione beati Thom. vbi supra militat contra opinionem Ioann. Andr. in cap. sanè. de regul. qui dicebat attendi solam arctitudinem vitæ. Nā vt ait Apostolus 1. ad Timot. 4. corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas aūt ad omnia vtilis est. Ideò antequàm Monachi ad sacros ordines promouerentur ex priuilegio Pontificum, licebat ex statu Monastico ad statum Regulariū Canonicorum tanquàm ad perfectiorem transire, vt expressè dicit sanctus Tom. vbi supra: & apertè patet in cap. si clericatus. in cap. sic viue. 16. q. 1. qui sunt textus Hieronymi ex epistola ad Rusticum monacum. Et loquitur ibi Hieronymus de Clericatu Regulari, non sæculari, vt luculenter apparet in cap. clericus. & in ca. duo sunt. 12. q. 1. & q̄quàm Monaci hodie ex priuilegio promoueātur ad ordines clericales: non tamen sunt essentualiter, & de per se Cleri-

ſe Clerici, ſed per accidẽs. Canonici autem Regulares ſunt Clerici ipſa natura, & eſſentialiter vt dictum eſt. Vnde ſanctus Tho.
18 vbi ſupra ponit iſtam †differẽtiam inter Canonicos Regulares & Monacos, quòd Canonicis Regularibus per ſe cõpetat vt ſint Clerici. Monacis vero non. Status enim Canonicorum Regularium in ſe eſt ſtatus, cui competit adminiſtratio ſacramentorum & doctrinę: vt in dicto ca. alia, 16. q. prima: vbi dicitur quòd alia eſt cauſa Monaci, alia Clerici. Clerici paſcunt, Monacus paſcitur. De doctrina habes in cap. ſi clericatus. & in cap. ſic viue. preall. ea. cau. & quæſt. Eam ob rem Ioannes de Deo antiquus & celebratus doctor in libro de diſpenſatione, in quæſt. quæ incipit, Quum totũ Regnum, &c. expreſsè dicit Canonicos Regula
19 res non poſſe eſſe, neque dici niſi clericos, † quoniam habuerunt ortum à Leuitis, figuratiuè & Nazarę is: quibus cõmitteban tur ſancta ſanctorum. et ſicut quum dicimus hominẽ, dicimus animal: ita quum dicimus Canonicũ Regularem, dicimus Clericum. Status vero Monacorum eſt ſtatus pęnitentiæ vt declaratum fuit in ſancta Synodo Nicena tranſſumptiuè in ca. placuit. in cap. nemo. & in cap. monacus. 16. q. 1. Propterea Hugo de ſancto Victore doctor clariſsimus in libr. 2. de ſacramentis, part. 3. ca. 3. ſub. rubrica. quomodo ordines ſacri ſunt in Monaco: dicit quòd Monaci deferunt coronam in ſignum pęnitentię, non clericalis ordinis quibus clericales ordines ex indulgentia conceduntur. Non enim populo præeſſe, nec ſpiritualis dignitatis in eccleſia gradum ſuſcipere poſſunt, donec ſumantur ad clerum &cæt.

Hac ratione plures doctores in c. quòd Dei timorẽ. de ſtatu Mona.
20 aſſeuerant † Canonicum Regularem abſque alia diſpenſatione poſſe præfici eccleſię parrochiali ſeculari, & ſi opus eſt diſpenſatione in ſimili materia facilius diſpẽſatur cum Canonico Regulari, tãquàm eſſentialiter clerico, quàm cum Monaco & alio religioſo. cap. in parrochia. & cap. quum pro utilitate. 16. q. 1. c. monaci. de ſta. mo. & glo. in c. præterea. de præb. dicit quòd Canonicus Regularis poteſt eſſe Archidiaconus in eccleſia cathe
21 drali. Nam † per profeſsionem Regularem ipſi Regulares Canonici non cadunt ab eo clericali honore, vel ſtatu, qui ſunt in Canonicis Sæcularibus, quia ſequeretur vnum abſurdiſsimum: quòd ſcilicet propter maiorem virtutem, quæ eſt in Canoni-

F co



eo communiter & Regulariter viuente, ille amitteret status sui præeminentiam, quòd est falsissimum, quum propter actum virtuosum, nemo sibi minuat dignitatem. Alioquin sequeretur, quòd Episcopi & Cardinales Reuerendissimi, qui præstant iuramentum fidelitatis summo Pontifici, suæ derogarent dignitati, quum votum & iuramentum pari passu ambulent. ca. magne. de vot. & quòd Clerici, qui interdũ noua uota emittunt de consensu suorum prælatorum, vt in cap. si. eod. tit. & qui omnino aliqualem amittunt professionem per sacrorum ordinũ susceptionem, vt per Doct. in c. generalis. 54. dist. & qui etiam religiosi dicuntur, vt in capitulo, si quilibet ead. dist. caderent à dignitate clericali: quod nullatenus est concedendum, nisi in totum alterarẽt vel mutarẽt statum Clericalem, qui est essentialis in omnibus Clericis vel Canonicis tam Regularibus q̃ sæcularibus in alium statum cui clericatus nõ insit essentialiter, sed accidentaliter: puta si Clericus vel Regularis vel Sęcularis efficeretur Monacus, vel Religiosus alterius Religionis, vel Mendicãtis vel non: tunc quamquàm zelo arctioris, vel strictioris vitæ, aut maioris humilitatis id faceret, quod est in se opus virtuosum, quia tamen mutat statum & omnino alterat, in statum inferiorem cadit à prima dignitate vel præeminentia clericali: sicut & Episcopus, quum efficitur Monacus, vel quomodolibet Religiosus, aut Regularis per professionem &c. amittit statum Episcopalem & exteriorem pontificiam excellentiam, quamquàm character in consecratione impressus nusquam deleatur, quod non procedit quãdo quis per opus virtuosum nõ mutat statum: sicut in Clericis vel Canonicis Regularibus, qui & si imitãdo Apostolos & Clericos primitiuę ecclesię se in suo statu Clericali astringunt ad vitam communem & Regularem, non tamen mutant statum Clericalẽ, qui vtrobiq; in eis est essentialis vt supra probatum est: quoniam inuicem optimè se compatiuntur clericatus & vita communis ex ipsa institutione Apostolica & propria ethimologia vocabuli: vt cap. duo sunt genera. cap. clericus. ca. cui portio. 12. q. 1. quod non procedit in monacatu: quum Monacus vt Monacus non sit Clericus, vt dicit Abbas etiã in c. nullus. de fo. comp. & ait ibi idem Abbas, quòd antiquitus Monaci erant simplices eremitę, & subiiciebantur Imperatori. Vnde in cap. à subdiacono. qui textus eo tempore conditus est in synodo

Siluestri



Siluestri Papę.93.distin.Abbas & Monacus subiiciuntur in ordi ne post ostiarium, qui est vltimus & infimus ordo in Clericis, & dicit ibi glo.quòd eo tempore Monaci non erant Clerici: &
22 †q quilibet Clericus, id est tā Regularis, quàm Sęcularis, dignior est quolibet Monaco. Ideo Imperator Leo Augustus in l.generaliter. C.de episcop.& cler. transcript. per Gratianum in cap. generaliter.16.quæstione prima. dicit expresè Monacos non esse Clericos. Quū igitur Clerici primitiuę ecclesię omnes essent Regulares & communiter viuentes vt Clerici, vt in capitulo, scimus. & capitul.videntes.12.quæstione prima.& ab eis tanquàm amnis à fonte processerint, & orti sint Clerici & Canonici Sęculares, absurdissimum esset dicere q fons esset deterioris conditionis, & inferioris dignitatis, status, ac præeminentiæ, quam riuus: quum secundum Philosophum 2. Methaph. quicquid est causa aliorum vt sint talia, illud sit maximè tale, vt puta ignis calidissimus est, quia propter eum alia sunt calida. Actus enim attribuuntur principio.cap.literis.de rescript.cap.Moyses.7.dist.

Stat ergo indubitata cōclusio, quòd Regularis professio in Clericis, vel Canonicis non mutat, neq; minuit, neq; alterat Clericalem statum, nec quo ad essentiam, nec quo ad accidens in his, quæ sunt dignitatis, aut prεeminētię, oficij, aut regiminis. Et corrobo
23 rantur prędicta, †quia Canonici Regulares habent id quod sęculares in regimine ecclesiarum cathedralium, quod communiter non est in aliis Religiosis. Nam ipsi habent in plurimis locis regimen ecclesiarum metropolitanarum, & cathedralium ab earum institutione, quod non conuenit nisi Clericis essentialiter Clericis, sicut est quasi per totam Angliam: quum etiā Gregorius primus id Augustino Anglorum episcopo mandauerit, vt 12.q.1.cap.quia tua fraternitas. Et Benedictus.12.in constitutionibus suis pro conseruatione Canonici status in ecclesiis, in quibus est institutus, adducit Honoriū tertium, qui facit mētionem de ecclesiis cathedralibus & metropolitanis Canonicorum Regulariū, & multæ exprimuntur in corpore iuris, sicut aliquas subiicere dignum duxi.

In primis sancta ecclesia vel basilica Lateranen. quæ est Papalis.

Ecclesia Patriarchalis Hierosolymitana, vt dictum est: ecclesia Bethlemitica, & Nazarethen. metropolitanę, ac sepulchrū Domini, vt scribit Iacobus de Vitriaco, sunt institutę sub Canonicis Reg.

De ecclesia Hierosolymitana probatum est supra per cap. dilectissimis. 12. quæstione prima.

De ecclesia Nazarethen, patet in cap. sicut nobis. de regula. De ecclesia Bethlemitica, patet in cap. quum super elect. de caus. poss. & propr. Item patriarchalis ecclesia Alexandrina, vt supra probatum est per historias, & per cap. quum beatissimus. 24. q. prima.

Item ecclesia Nemaucen. vt in cap. ad nostram. de confir. vti. vel inutil. Item ecclesia Tholosana, in Gallia metropolitana: vt in c. præterea. de præb. & in cap. in causis. de elect.

Item ecclesia Grationopolitana, in Gallia, vt in cap. per tuas. de uo. Item ecclesia Anicien. quæ vtitur pallio in Gallia, de qua assumptus est Clemens Papa 4. Item ecclesia Auinionen. metropolitana, licet à 30. annis sit reducta in Canonicos Sæculares. Aliqui tamen adhuc Canonici Regulares supersunt, & in choro & stallo simul manēt cum Canonicis Sæcularibus & eos præcedunt. Idem est in ecclesia Tholosana: & in dicto c. præterea. de præb. fit mentio de archidiacono Tholosanę ecclesię regulariter professo. Item ecclesia Arelatē. metropolitana, in prouincia Prouincię. Item ecclesia Zanzaronen. ecclesia Oranien. ecclesia Sancti Flori: ecclesia Magulon. in lingua Haustana. Item ecclesia Cæsaraugustan. metropolitana: & ecclesia Oxomen. in Hispania: ex qua fuit Sanctus Dominicus institutor fratrum Prædicatorum. Item ecclesia Salcburgen. metropolitana: & ecclesia Brandeburgen. metropolitana, in Germania. Item ecclesia Teraconen. metropolitana: & ecclesia Pampalunen. in Regno Nauarræ. Item ecclesia Geronden. & ecclesia sancti Andreę metropolitana in Regno Scotiæ. Item in Italia erant quoque multę ecclesię cathedrales Canonicorū Regularium, quorum magna pars redacta est in Canonicos Sęculares: sicut ecclesia Perusina: ecclesia Eugubina, & aliæ plurimę in diuersis mundi partibus, quæ adhuc supersunt, & regūtur per Canonicos Regulares. Et isti qui veniunt ex India dicunt, quod maior pars ecclesiarum cathedralium Indię, immo quasi omnes gubernātur per Canonicos Regulares: quoniam ibi adhuc uiget in ecclesiis ille cultus Regulariū Clericorum, qui fuit in primitiua ecclesia: & dicunt quod omnes illi Canonici profitentur instituta clericorum secundum Regulam beati Augustini: quæ omnia arguunt & expresse denotant clericalē statum in eis essentialiter vigere: quū

cæteris

cæteris religiosis non legatur cathedrales ecclesias aliquãdo ad regimen ab earum institutione commissas fuisse ab ecclesia, sicut Canonicis Regularibus.

24 †Habent ergo Canonici Regulares ecclesias cathedrales & metropolitanas: habent ecclesias collegiatas cum dignitate Abbatiali ab ipsarum ecclesiarum institutione, sicut patet cap. intelleximus. de ęta. & qualita. in cap. ex parte. de postul. in ca. quum I. & A. de sent. & re iudic. in cap. significasti. el 2. de homi. & etiam de iure antiquo, vt patet in cap. statuimus. 19. quæst. prima. vbi

25 fit mẽtio de Abbate & Abbatia sancti Ruffi. Iste quippe † Ruffus vt tradũt historię, fuit discipulus Apostolorum & Clericus regularis: primusque archiepiscopus Auinionen. vnde & dictam ecclesiam Auinionen. metropolitanã per Canonicos Regulares gubernandam instituit. Instituit & canonicam in Delphinatu, sub Abbate extra muros Valentię, in qua & corpus eius nunc requiescit, appellaturque Abbatia sancti Ruffi. & est dignissima habens sub se innumeras pene abbatias, præposituras, archipresbyteratus, & ecclesias collegiatas, & parrochiales in tota Gallia: per

26 quod adhuc manifestius cõstat † institutionem Canonicorum Regularium vt dictum est fuisse tempore Apostolorum: quam postea diuus ecclesię doct. Augustinus aliquantulum suo tempo

27 re collapsam instaurauit, vt supra tactum est. Et qu amuis † tunc nõ appellarẽtur Canonici Regulares, sed Clerici & Sacerdotes, postea tamẽ propriori uocabulo dicti sunt Canonici, sicut à simili contigit de nomine Christianorum. Primo enim fideles quique dicti sunt discipuli vel fratres, sed postquam Apostoli Antiochenum Concilium celebrarunt, dicti sunt Christiani.

Poterat sanè ecclesia huiusmodi Regulares Clericos appellare, vel Monacos vel Fratres, sicut omnes alios Religiosos appellat: si idem genus essent cum alijs religiosis. sed quoniam longè differunt ab aliis seu Monacis seu Fratribus, & pręsertim in Clericatu, qui eis essentialiter inest, ideo alio & diuerso uocabulo clericis tantũmodo congruenti eos ecclesia appellauit, videlicet Canonicos. quod quidem uocabulum, vt supra probatum est, non nisi naturalibus Clericis ex sua essentia conuenit. Iccirco ędes Canonicorum Regularium non appellãtur proprie monasteria sicut & ędes monacorum, sed impropriè, ex vulgari vocabulo ab vnitate sumpto, vel ex eo quod in plurimis locis titulos

Abbatia-

Abbatiales habent, quoniã ex cõsuetudine Romanæ curiæ talia loca monasteria solent appellari. Aedes itaq; Canonicorũ Regularium propriè appellãtur Canonicę, vt in c. sicut nobis. de regul. vel appellãtur ecclesię, vt ex diffinitione Cõcilij Heducn. cui præfuit Gregorius septimus, & habetur 19. q. 3. in cap. nullus. Immò etiam eiusdem Cõcilij decreto statutum erat, ne Canonici Regulares ad monasteriũ transirent, sed in suis ecclesiis permanerent vt dicta 19. q. 3. in summa: per qd manifestißimè constat, quantum differat status Canonicus à statu Monastico, quod constare adhuc potest ex ca. quod Dei timorem. & scribentes, de
28 stat. monac. vbi declaratur à summo Pontifice, quòd † si quicpiã caueatur de Monacis restrictiuis & odiosis, nõ intelligitur propterea caueri de Canonicis Regularibus, qui ab eis longè differunt.

29 † Patet etiam in pręsenti alma vrbe, vbi Papalis titulus, scilicet ecclesia Lateranen. & principales ecclesię titulorum Cardinalariũ ab antiquo suę institutionis tempore colebantur, & regebantur per canonicos regulares. De sacrosancta basilica Lateranensi constat per Apostolicas litteras Innocẽtij Papę secundi, quę Canonicos Regulares in dicta ecclesia à sui fundatione viguisse testantur. Patet etiam per litteras Apostolicas Eugenij papę Quarti, qui idem testatur. Ait enim de eisdem Canonicis. Decebat vt hi primę in terris ecclesię matris sanctorum Apostolica prouidẽtia curam gererẽt, qui primorum Christianę religionis Clericorũ normam, traditiones, & instituta sectantur. In ea quippe hęc sancta & Deo placẽs institutio antiquitus, & ab ipsis ferè primordijs obseruata extitit, & eam sanctam basilicam per dicti ordinis Clericos per longa tempora sanctè & salubriter gubernatam fuisse certißima scientia & veritate comperimus, & hoc euidentißimè testantur innumerabilia documenta. Hęc Eugenius in literis suis, quæ incipiunt, Christiana Religio, &c. De ecclesiis verò principalibus Cardinalarium titulorum certißimũ est quod nulla fuit instituta a sui exordio sub Monacis seu alijs religiosis, sed bene sub Canonicis Regularib. sicut ecclesia S. Crucis in Hierusalem, quę à sui primordio fuit Canonicorũ Regulariũ, ut patet per literas Apostolicas Alexandri tertij directas Vbaldo presbytero Cardinali S. Crucis in Hierusalẽ & eius canonicis ibidẽ regularẽ vitam professis, & incipiunt, Quotiens illud

illud a nobis petitur &c. quibus decemit, ne quisquã eligatur in eo.tit.S.Crucis Cardinalis nisi de gremio dictorũ Canonicorũ Regularium sanctæ Crucis Deficientibus autem ibi dem Canonicis Regularibus illa ecclesia redacta est à paucis temporibus sub fratribus Carthusiensibus. Item ecclesia sanctę Marię nouæ, quę est titulus Cardinalaris, quã modo eadem ratione incolunt monaci albi ordinis Mõtis Oliueti, fuit a sui institutione Canonicorum Regulariũ, vt patet per literas Apo. eiusdẽ Alexãdri directas Priori & Canonicis sctĩ Fidriani:& incipiũt, Ad hoc vniuersalis ecclesię cura &c. Item ecclesia sanctorum apostolorũ, quę est titulus Cardinalaris, quam nunc tenent fratres Minores.

Item ecclesia sanctę Cecilię, quam nunc Humiliatorum fratres retinẽt. Itẽ ecclesia sanctę Sabinę, quã habent fratres Prędicatores.

Item ecclesia sanctę Praxedis, quam tenent nunc fratres ordinis Vallis vmbrosę.

Item ecclesia sancti Stephani in Cellio monte, quam tenent nunc fratres sancti Pauli primi eremitę.

Item ecclesia sanctorum Ioannis & Pauli, quam tenent nunc fratres Iesuati.

Item ecclesia sancti Petri ad Vincula, quam nunc tenet Congregatio sub titulo Sancti Saluatoris.

Item & multę alię ecclesię Romę continentes titulos Cardinalares fuerunt a prima institutione Canonicorum Regularium Romę, sicut patet in antiquis priuilegijs dictarum ecclesiarum. Deficiente feruore religionis, illi Clerici Regulares, siue Canonici, redacti fuerunt in Clericos sęculares:& deinde subcrescentibus varijs ordinibus in ecclesia Dei, istę ecclesiæ supradictæ datę sunt varijs religiosis incolendę. Nulla tamen ecclesia, quę sit titulus Cardinalaris a sui institutione, fuit ordinata sub Monacis, seu quibusuis alijs religiosis, sed bene sub Canonicis Regularibus: ad denotandum expressè, quòd quum Reuerendissimi Cardinales à sua institutione essentialiter sint Clerici, quum ipsi propriè sint Clerici sanctæ Romanæ ecclesiæ, vt 96. distinct. cap. Constantinus. ibi, Reuerendissimis clericis S. R. E. sub eorum quoque titulis ex eorum institutione, nõ nisi Clerici e sua essentia ponerentur. Per quę constat euidẽtissimè Canonicos Regulares, tam ratione ecclesiarum Metropolitanarum & cathedralium, quàm ratione titulorum cardinalarium ab ipsarum institutio-

tutione per eosdē Canonicos gubernatarum esse & fore, ut sæpe probatum est, essentiales Clericos, quod Monacis, & alijs religiosis, minimè ex sua institutione competere superius etiam apertissimè monstratum est. Aedes enim Monacorum Romę, & aliorum religiosorum sunt monasteria sine titulis Cardinalium a sua institutione, sicut monasterium Sancti Pauli: Monasteria sancti Laurentij extra muros: Sancti Sabbæ: sancti Andreæ siue Gregorij: sancti Anastasij vel trium fontium, & sancti
30 Sebastiani, etc. Ad quod etiam accedit, † quòd Canonici Regulares, & eorum ecclesiæ ac capitula, frequentius reducuntur in Canonicos Sęculares: & ipsimet Canonici Regulares quotquot sunt in vna ecclesia, vel capitulo, ex Apostolica dispensatione efficiuntur Canonici Sæculares, sicut in facto patet in Tholosana & Auinionensi ecclesiis metropolitanis, quę nostris diebus redactę sunt in Canonicos Sęculares, & omnes illi Canonici Regulares quotquot voluerūt, effecti sunt Canonici & Clerici Sæculares, & quotidie fit & practicatur in pluribus ecclesiis cathedralibus & collegiatis Canonicorum Regularium, sicut etiā de ecclesia Perusina. Papa enim nō maximam in hoc solet facere difficultatem ex eo, quòd omnino ipsi canonici regulares non alterant statum suum Clericalem: quum sint essentialiter clerici: quod nunquam practicatur in Monacis, seu aliis religiosis, quoniā esset alteratio de extremo ad extremum sine debito medio, quum ipsi non sint essentialiter Clerici ipsa natura, sicut sunt Canonici Regulares &c.

TERTIA PROBATIO
ex Regula.

TERTIO Probatur Canonicos Regulares esse essentialiter Clericos ex Regula etiam beati Augustini, sub qua profitentur. Nam ipsa Regula intitulatur Speculum Clericorum. & quoties dicta Regula allegatur in iure, allegatur Augustinus de communi vita clericorum, sicut expresse patet in capitulo, quando necessitas. 76. distin. in capitulo, non dicatis. & in cap. nolo. 12. quæst. prima. & in cap. si quis irascitur. 13. q. 2. & in cap. quicunque vult. 17. quæst. vlti. in quibus locis allegatur Regula Augustini de communi vita clericorum. Et glos. in dicto cap. nolo. dicit quòd Augustinus de consensu suorum

clerico-

Clericorum fecit Regulam quòd non poſſent habere proprium: & in dicta Regula vocat ſe & ſuos ſimpliciter Clericos vel Conclericos communiter viuentes. Et quanquam varij Religioſorum ordines: qui à paucis temporibus ſuperuenerunt profiteatur ſub Regula Auguſtini, ſicut ordo Præmonſtratenſium, or. Cruciferorum:ordo Sancti Hieronymi:ordo Prædicatorum:ordo Eremitarum: ordo Sanctę Brigidę: ordo Seruorum: ordo militũ Teuthonicorũ:ordo militum Chriſti:ordo militum ſancti Iacobi in Hiſpania: Ordo militum Rodiorum : ordo Sancti ſpiritus de Vrbe: ordo ſancti Antonij de Vienna, & alij plures ordines, qui inter regulas approbatas elegerunt Regulam Auguſtini iuxta determinationem capituli, Perniciosam. 18.q.6.
31 tamen † non dicuntur ordinis Sancti Auguſtini ſimpliciter, niſi Canonici Regulares, tãquam naturales & originarij filij Auguſtini: ſicut patet in literis Apoſtolicis ſuper prouiſione eccleſiarum, monaſteriorum prioratuũ & aliorum beneficiorum Canonicorum Regularium vbi papa, dicit ſimpliciter eccleſiam: Monaſterium: Prioratum &c. ordinis Sancti Auguſtini abſque alia mentione de Canonicis Regularibus. Et quotiens papa dicit ſimpliciter ordinis Sancti Auguſtini, non præmittendo aliud ſignum, ſemper intelligitur de ordine tantum Canonicorum Regularium: & non de ordinibus alijs: licet profiteantur accidẽtaliter Regulam Auguſtini. Quod etiam patet in libro taxarum per ſedem Apoſtolicam ordinato: Vbi ponitur eccleſia, monaſterium, Prioratus & c. ordinis Sancti Auguſtini ſimpliciter, & intelligitur ſemper de Canonicis Regularibus tantum. Quanquàm enim ſecundum Apoſtolum ad Rom. 10. non ſit diſtinctio Iudęi, & Greci: nam idem dominus omnium, & non ſit perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente qui timet Deum, & operatur iuſtitiã, acceptus eſt illi: ut ſcribitur Act. 10. Regula
32 † tamen Auguſtini non fuit edita propriè pro iſtis ordinibus de quibus ſupra: quum nondum eſſent in rerũ natura, ſed pro Clericis propriè tantum ſeu Canonicis, vt per totam Regulę ſeriem euidenter patet. Vnde tanquam proprij, & naturales filij Auguſtini & eſſentiales Clerici, ſoli deferunt aſſidue habitum Clericalem, ideſt togã lineam ſeu rochettum, ad inſtar Epiſcoporũ, & in eccleſia omnes communiter vtuntur ſuperpelliciis lineis ad inſtar Clericorum Sæcularium cum almutiis de panno &

alio etiam cultu solis Clericis etiam Secularibus permisso, vt infra dicetur. Quare quum Augustinus Clericus, & Episcopus uteretur toga linea, sicut ipse testatur in sermone de communi vita clericorum: qui incipit, Charitati Vestrę, &c. dicens togam meā lineam & c. condecens quoque erat ut filij eius proprij & naturales tanquā essentiales Clerici paterno habitu, idest toga linea uterentur: quum filius sequi debeat conditionem patris: c. Iudęi. 28. q. 1. l. exēplo. C. de decu. & l. eos. & l. nullus. & l. 1. ff. ad muni.

QVARTA PROBATIO
A decretis Pontificum, & generalium Conciliorum.

QVARTO insuper probo Canonicos Regulares esse essentialiter Clericos, & quātum ad praeeminentiam & eundem statum Clericalē nihil differre a Clericis Secularibus, summorū Pontificum & generalium Conciliorum decretis, constitutionibus, & declarationibus.

Quum Monaci caeterique religiosi in toto corpore iuris nusquàm appellentur nudo vocabulo Clerici, sed vel monaci, uel fratres, si probauero Canonicos Regulares in locis penè innumerabilibus in iure; & extra appellari, & designari per summos pontifices, generalia Concilia, & approbatissimos doctores, hoc nudo vocabulo Clericos: consequens erit quòd & sint verè, & essentialiter Clerici, & eandem habitus, & praeeminentiae Clericalis rationem habeant, quam & Clerici Seculares: tantumque differant in statu suo Clericali a Monacis & alijs religiosis, quantū differunt ciuis naturalis & priuilegiatus.

Patet hoc primo. 16. q. 1. in c. decimas. vbi prohibentur exigi decimę
33 a Clericis communiter uiuentibus; & a Monacis, dicuntq; † ibi doctores Clericos, communiter uiuentes esse Canonicos Regulares.

Item 15. quęst. 2. cap. obseruandum. prohibetur ne quis Sacerdotum vel Clericorum debeat aduocare. Vbi Gratianus dicit hoc intelligi de Clericis, qui uitam communem, uel Regularem professi sunt: & tamen appellantur simpliciter Clerici: & iste Canon editus est in Concilio Taraconen. & Taraconen. ecclesia quae est metropolitana, est Canonicorum Regularium: vt notorium est.

Item

Item in causa 19. in summa: vbi dicitur Duo Clerici: quærit Gratianus in 3. quæsito. Quid si isti Clerici essent Canonici Regulares?
34 Et † Augustinus in capitu. legi. 16. quæst. prima. vocat se simpliciter Clericum.
Item 32. distinct. in cap. præter. dicitur: Sicut oportet religiosos Clericos, simul manducent, & dormiant: vbi doctores de Canonicis Regularibus id exponunt.
Item de con. dist. 5. c. in omnibus. dicitur, Decernimus, vt Canonici Clerici canonicè viuant: simul in uno episcopatu manducent, & dormiant, audiant lectionem &c. Glosa dicit quòd per istos Clericos intelliguntur Canonici Regulares. Patet etiam, quòd in titulo de uita & honest. cler. includuntur Canonici Regulares tanquàm Clerici, non autem Monaci, vt in c. quoniam. iuncta glos. eod. titul. & quia, ut ibi constat, ille titulus includit tam Clericos Regulares quam Seculares: non autem Monacos.
Et dicunt doctores signanter Abbas in ca. licet. de offi. ord. vnum qd.
35 est notabile, scilicet quòd † Clericatus magis propriè inest Clericis Regularibus, quàm Sæcularibus. Ex etymologia enim vocabuli cleros Grecè, sors latinè interpretatur: & ipsi Regulares Clerici in communi uiuentes magis sunt sors domini, quia verius dicunt: Pars mea dominus. 12. q. 1. c. duo sunt. & c. cui portio Deus. & cap. clericus. vbi dicitur. Qui proprium habuerit, puta aurum argentum, seu possessiones, aut variam suppellectile, neque est sors domini, neque dominus pars eius est &c. Et sunt verba Hieronymi.
Nomina profectò debent esse consona rebus Instit. de don. §. est & aliud. cap. si cupis. 16. quæst. 1.
Ideo ipse Abbas in cap. bene. de postul. præla. dicit quòd Canonicus nil aliud est quàm fraternus Clericus, vel Clericus in fraternitate constitutus: quod maximè congruit Canonicis Regularibus.
Probatur etiam in c. cum causam. de elect. vbi fit mentio de Clericis simpliciter sub Regula Augustini. & in c. dilecti. de iud. & in c. 1. de eo qui mit. in pos. cau. re. ser. Item in cap. 1. de appel. in cap. quoniam. de uit. & honest. cle. & in c. plerique. de pact.
Vltimo pro expeditione totius huius materię, ad omnem ambiguitatem tollendam adduco expressas declarationes summorum Pont. Et primo Paschalis Papæ II. & Benedicti 12. in suis constitutionibus de reformatione Canonici status circa principium:

vbi dicunt expresse Regulares Canonicos illos esse veros Clericos:quos in principio nascētis ecclesię apostolicus ordo īstituit.

Item Eugenius Papa IIII. in suis litteris apostolicis, de Canonico ordine in basilica Lateranen.vt antiquitus erat instaurando,inter cętera ait. Pia & sancta inspiratione ducti,& domus dei zelo soliciti, sacratissimi pontifices prædecessores nostri honorunt priuilegiis sublimarunt,& decorarunt titulis dignitatum diuinā in terris familiam Clericorum: qui religiosam uitam ducerent, & ad exemplum nascentis ecclesiæ sanctam institutionem seruarent: quos Regulares Canonicos appellamus. Et idem quoque Eugenius in eisdem litteris ait. Horum profecto Regulariū Clericorum, seu huius sacri ordinis & sancti propositi post sanctos apostolos primum in Alexandrina ecclesia Marcus Petri discipulus,fuit institutor,& conditor: & sanctę memorię Vrbanus insignis martyr, & sanctissimus pontifex, generalis decreti ordine reformauit: ac gloriosus doctor Augustinus episcopus, diuinis regulis,& doctrina decorauit: ac beatissimus Gregorius pontifex, Augustino Anglorum episcopo uelut plantationem sacram in commisso sibi populo præcepit institui: & in occidētis finibus ampliauit. Hi sunt profecto qui sanctorum patrum vitam probabilem ut veri Clerici imitantur, & apostolorum instituta instinctu spiritus sancti renouant. Hæc Eugenius papa.

Idem de eadem materia astruit Nicolaus quintus in suis litteris apostolicis: quæ incipiunt,Quum,a nobis: et Sixtus IIII. in suis litteris ap.quæ incipiunt, Regiminis,&c.

Item summi pontifices quum clerum nominant & Monacos ac alios religiosos, semper cōnectunt Canonicos Regulares cum Canonicis Sęcularibus:Monacos verò de per se,vel cū aliis religiosis. sicut patet in bullis Alexandri III. quæ diriguntur archipresbytero & capitulo basilicę principis apostolorum: & incipiunt, Iurgia litium &c. in quibus dicitur Canonici tam Regulares,quàm Sęculares, deinde Monaci &c.

Idem Nicolaus papa V. in bullis quæ incipiunt, Quanto basilica apostolorum &c.

Idem Ioannes de Deo vbi supra.

Idem Sanctus Thomas in pluribus locis de quibus supra.

Idem Vincentius in suo speculo historiali lib.18.& lib.19.cap.34.& lib.26.vbi dicit Canonicos Regulares Clericos ab apostolis instititutos,

tutos,& ab Augustino illustratos florere in ecclesia Beluacen.

Idem Io.Andr.in c.sane.de reg.vbi etiam addit, quòd Canonici Regulares sunt ita essentialiter Clerici, quòd non possunt esse nisi tales,quod non est in aliis religiosis.

Idem Abbas in cap.episcopus.de præb. Immo ait ibi dictus Abbas quòd in primitiua ecclesia non erant præbendæ, quia omnes Clerici viuebant in communi sine proprio.

Idem Archid in.cap.mandamus.19.quæst.3.

Idem Archiepiscop.Flo.vbi supra,qui dicit Canonicos Regul.repræsentare illam vnitatem quæ in primitiua ecclesia erat in Clericis:monacos vero laicalem vnitatem.Status enim monacorum & aliorum religiosorum est status merè pœnitentium: nec est status, cui competat docere vel administrare sacramenta, sicut Clericis,& Canonicis Regularibus,vt ait Hugo in lib. de sacramentis, & Thomas in opusculis contra impugnantes religionem vbi supra.

36 Ideo † quum ad episcopalem statum assumuntur, tam Monaci, quàm alij religiosi non Canonici,deferunt adhuc habitum,Monacalem,vel proprij ordinis,vt in cap.clerici officia.de vit. & ho. cler. Canonici autem regulares iuxta ea, quæ inferius demonstrabuntur,tanquam Clerici vtuntur habitu cæteris prælatis Clericis consueto,per quæ euidentissimè constat eorum ordinem, quo ad clericalem statum essentialem, nihil differre a Canonicis,& Clericis Sæcularibus.

CONSTITO itaque,& probato per prædictas quattuor demonstrationes,Canonicos Regulares esse essentialiter Clericos,cuiusmodi non sunt Monaci, & alii religiosi: & non tantum esse Clericos,sed & Canonicos: quod non conuenit nisi essentialiter Clericis: vt supra dictum est,& quod præsupponit Clericatum inesse, & aliquid plus necessario scilicet personatū, vt probatur in c.2.de instit.& in cap.per exemptionem. de priuil. in 6.& gl.& doct.in cap.statutum.in versic. Canonicis.de rescrip. in 6.Omnis enim Canonicus est Clericus, & non econuerso, vt dicit Inno.& alij in cap.sedes.de resc.& præsertim Abb. in c. bonę.el 1. in primo notabili. de post.prael. & in rub.de vita & hone. cler.& in c.quum tibi.de verb.sig.quod cadit etiam in Canonicis Regularibus,vt supra probatum est, Consequens est, & demonstra-

37 monstratiuè sequitur quòd † quum habitus debeat congruere statui, & status vniuscuiusque debeat eius habitū ordinare, quia finis necessitat ea, quę sunt ad finē (vt inquit philosophus), quòd statui Canonicorum Regularium, tanquàm statui essentialiter, Clericali, non debeat competere nisi habitus Clericalis: data tamen aliqua differentia, dum procedunt in publicum in linea toga, siue rochetto, qui est essentialis habitus Clericalis in Canonicis Regularibus, vt patet per dicta ipsius Augustini in sermone supra allegato: & per glo. & doct. in cle. 1. de elect. in versi. vel habitus: per quam differentiam discernatur Clericalis professio & personatus quem ex ipso nomine indicant.

In reliquis, scilicet in forma, & colore aliorum vestimentorum † nō
38 est taxata aliqua norma determinata Canonicis Regularibus, neque ab apostolis, neque ab Augustino, neque a iure communi, nisi & quę Clericis Sęcularibus couenit. Immo Augustinus videtur prohibuisse aliam formam, quæ singularitatem aliquā præferat ab aliis Clericis, excepta toga linea dumtaxat: dum dicit in Regula. Non sit notabilis habitus vester. Vbi Hugo dicit, ꝙ Augustinus voluit maximè, vt Clerici sui omne genus singularitatis in vestibus euitarent: per quod in alicuius hypocrisis specimen vel suspicionem venire possent, ne in vestimentis ouium possent aliquando dici lupi rapaces. Vnde ipse Aug. in sermone ad Clericos suos super illis verbis Saluatoris, Tu autem quum
39 ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Matth. 6. cap. † inquit, ꝙ non in solo vestimentorum nitore atque pompa, sed etiam in ipsa vilitate esse posse iactantiam, & eo periculosiorem quo sub nomine seruitutis Dei decipit & fallit dolosa imagine sanctitatis: intentosque in se hominum oculos facit inusitato vestimentorum cultu: quum id voluntate quisque faciat, non necessitate patiatur. Hæc Aug.

Ex supradictis autem omnibus verificantur, probantur, & demonstrantur septem suprapositę conclusiones, & singula ipsarum. Ad quarum etiam maiorem corroborationem, & euidentiam, ad-
40 ducitur vniuersalis quasi, & antiquissima consuetudo. Nam † de forma, & colore aliorum vestimentorum Canonicorum Regularium, præter lineam togam quæ est communis omnibus, consuetudo est quasi vbique terrarum, quòd dicti Canonici incedāt more Clericorum Sæcularium, scilicet cum parua corona, cum mantel-

mantello, seu veste talari, & almutiis de panno super humerum: exceptis quibusdam particularibus congregationibus in Italia potissimum, quæ a paucis temporibus ad specialem intra se, & arctiorem viuendi modum, & ad specialem habitus formam se astrinxerunt: sicut congregatio Lateranen. & sancti spiritus propè Venetias: quæ deferunt tunicas interiores de panno albo, & togam lineam cum manicis longis, & strictis, sed non clausis, & desuper habent cappas nigras cum paruo caputio: quæ tamen consuetudo, & forma non est generalis in toto ordine Canonico, sed est particularis, & specifica in illis congregationibus, quę respectu totius ordinis Canonici, sunt quid exiguum: nec mores vnius congregationis derogat propter hoc toti ordini: quoniam species est sub genere contenta, non genus sub specie, nec consuetudo, & lex municipalis vnius ciuitatis ligat totum. Re-
4 n gnum: nec † ritus vnius collegij vel congregationis ligat eos qui eidem collegio non subiiciuntur, sicut superfluum esset de hoc adducere Canones, & leges, qui sunt penè innumerabiles.

Quòd Canonici Regulares qui nō subiiciuntur pręfatis congregationibus, incedant more Clericorum Sæcularium excepta toga linea, vel rochetto quum in publicum procedunt, patet in omnibus nationibus Christianorum. Et primo in Italia Papię in Abbatia sancti Petri in Cęlo aureo ordinis pręfati Sancti Augustini: in qua & corpus gloriosum ipsius Augustini requiescit: vbi Canonici Regulares incedunt more Sæcularium Clericorum excepta toga linea, vel rochetto cum manicis strictis et longis instar manicę inferioris vestis sicut in Romana curia.

Item in Ciuitate Lucana in Canonica dignissima sancti Fridiani incedunt eodem modo.

Item apud Tridentum in sancto Michaele.

Item apud montem sancti Bernardi in Sabaudia, vbi est Clarissima Canonica dicti ordinis.

Item in Italia in omnibus illis Canonicis vbi dictæ congregationes degunt.

Item in Germania, quum in plurimis locis, in ecclesia etiam Salseburgen. & in ecclesia Brandeburgen. incedunt more Clericorum Sæcularium vt supra.

In Gallia vniuersaliter per totam Galliam tam in prioritatibus, & præposituris, quàm in archipresbyteralibus, & collegiatis ecclesijs.

sijs: in collegiis: & cathedralibus ecclesiis, & monasteriis dicti ordinis omnes Canonici Regulares tanquam essentiales Clerici incedunt more Clericorum, & Canonicorum Sæcularium:
Idem in Britannia.
Idem in Anglia, sicut Reuerēdiss. dñs Card. Angliç, & alij plures tam prçlati, quā aliç egregiç personç de Anglia qui personaliter nūc degūt Romç, & prçsertim dñs Orator Angliæ testificari possunt.
42 Immo† omnes isti dicunt quòd in Anglia Canonici Regulares indifferenter vtuntur colore violaceo sicut Clerici Sæculares, & toga linea, siue rochetto, quum procedunt in publicum, cum
43 manicis strictis, & clausis morae Romanç curiæ, & † ꝙ prælati ex dicto ordine vtuntur colore rosaceo, & nullam habent differētiā in habitu à Prælatis Sæcularibus, & quòd talis consuetudo est antiquissima, & approbata ab antiquissimo tempore, qđ est maximè attendendum: quoniam Beatus Gregorius Papa ipsos Canonicos, siue Clericos Regulares qui sunt in Anglia iussit in omnibus penè ecclesijs Anglicanis institui p Augustinum Anglorum episcopum vt supra dictum est, & patet in capit. quia tua fraternitas. 12. quæst. j. Et Anglia quodā peculiari iure est subiecta Romanæ ecclesiæ.
Idē fit in Scotia in ecclesia potissimū S. Andreæ quæ est metropolit.
Idem in Hybernia, quum in pluribus locis, in ecclesia potissimum sancti Plitricij, vbi est Puteus sancti Plitricij.
Idem in Regno Nauarrç in ecclesia Pampalunen.
Idem in Hyspania in Regno Castellç, in ecclesia prçsertim Cesaraugustana: & in ecclesia Exomen.
Idem in Regno Portugalliç, in Ciuitate potissimum Vlixbonen. vbi sunt variç Canonicç Canonicorum Regularium. Ex quibus floruit Sanctus Antonius de Padua Canonicus, Regularis deinde Frater Minor. Et hoc sufficiat, quantum ad forman indumentorum Canonicis Regularibus competentem. Sequitur de colore eisdem Canonicis permisso.

DE COLORE PERMISSO *Canonicis Regularibus.*

De colore vero dictorum vestimentorum, non est dubium quòd toga linea quæ alias camisia Romana dicitur debet esse

esse alba: quoniam denotat perfectionem apostolicam: siue in uita communi et abdicatione proprij & administratione sacra mẽtorum, vt in dictis Canonicis Regularibus essentialiter Clericis: siue in regimine ecclesiarum & officio prędicationis, sicut
44 in episcopis. Habitus † iste candidus quo vtuntur episcopi & dicti Canonici Regulares in toga linea, seu rocheto est uerus habitus apostolorum: vt referunt plurimi doctores, inter cęteros Nicolaus de lira Apocal. 4. super, illis verbis. Et vidi & et ecce equus albus &c. Et subdit ibi Nicolaus quòd ea causa Maumetus in suo Alcorano, appellat Apostolos viros dealbatos: & in omnibus picturis antiquis ut patet Romæ pinguntur in habitu albo apostoli. Sic etiam fuerunt præfigurati in veteri lege per Hierem. Tren. 4. vbi dicitur: Candidiores Nazarei eius niue: nitidiores lacte, quod præcipue refertur ad munditiam interiorem: quæ designatur per ipsam exteriorem candiditatem lineã, Vnde Eccl's. 9. Omni tempore vestimenta tua sint candida.
45 Decet † profecto ut Clerici (Regulares præsertim), qui in sortem domini assumpti angelicam non humanam sectantur conuersationem: Decet vt episcopi in quorum vitę integritate tanquam in speculo mundo vniuersi fideles speculari debent: & qui per statum perfectionis, & supercęlestium contemplationis sapere debent quę sursum sunt, non quę super terram, & dicunt cũ apostolo ad Philipp. 3. Conuersatio nostra in cęlis est, habitu etiã
46 cęlestium ciuium vtantur: † qui in sacris eloquiis cãdido semper habitu apparuisse perhibentur: sicut Matth. vlt. Angelus domini descendit, de cęlo, cuius vestimenta erant sicut nix. Et Marc. 16. Mulieres introeũtes monumentũ viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida. Et Io. 20. Vidit Maria Magdalena duos angelos in albis sedentes, & Actu. 1. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis &c.
47 De † superindumentis lineis quòd sint proprius habitus Clericorum, & leuitarũ patet Exod. 28. Vbi dicitur, Facias filiis Aaron tunicas lineas, & debent esse stricta hęc indumenta linea: quibus Pontifices, & veri leuitę in sortem domini assumpti Regulares
48 † Clerici utuntur: vt sint infra seipsos ad interiora collecti non ad exteriora effusi uagi, & dissoluti fluentesque ad omnem inanis glorię ventum huc, & illuc in concupiscentiam mundi huius, & carnalia desyderia: quæ militant aduersus animam. Vnde dictũ

fuit ad Moysem Exod. 28. de indumentis sacerdotalibus. Facies tunicam lineam strictam. Ezech. etiam 9. Qui apparuit, cum atramento vt signaret in frontibus electorum, erat indutus lineis. Linum quippe quod multo cum labore ad candorem perducitur, designat tolerantiam in aduersis, humilitatem in prosperis, vt igne tribulationum probati sacerdotes, & apostolicam vitam profitentes Clerici dicant illud Psal. 65. Transiuimus per ignem, & aquam, & deduxisti nos in refrigeriũ: prouecti ue ad episcopalem celsitudinem canant illud Dauidicum: Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei: neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Tradunt quoq; naturales, vt Plin. lib. 20. nat. hist. c. 22. ꝙ lini succus inter alias proprietates duas habet. Prima est: quòd aciem oculorũ acutã facit. secũda est ꝙ cerebri melancholiam mitigat: quorum alterum intellectum scientia illuminatum: aliud prouidentiam debitam in Prælato, & administrandis sacramentis deputato significant. Non satis enim est, Prælatum fore scientificum; nisi etiam sit prudens dispensator ministeriorum dei: vt inter dispen-
49 satores fidelis inueniatur, vt 1. Corinth. 4. Dicunt † etiam aliqui doctores quòd Saluatoris nostri tunica inconsutilis, erat linea desuper contexta per totum: Et ipse præuisus fuit in spiritu à Daniele propheta indutus lineis, Danielis. 9. Et ecce vir vnus ve-
50 stitus lineis &c. & † quòd color vestimentorum eius erat candidus. Daniel. 7. Vestimẽtum eius quasi nix candidum. Vnde in transfiguratione sua, qua designat prælatorum transformationem in virum alterum de imperfectione ad perfectionem vitæ quum ad prælationem promouentur, uestimẽta eius facta sunt alba sicut nix. Matth. 28. 2. Corinth. 3. Nos uero reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transfor-
51 mamur &c. Ea † ratione summus Pontifex, qui Christum dominum repræsentat in terris, induitur tunica alba tanquam verus Apostolicus. De Iacobo Apostolo Hierosolymitano episcopo qui vtebatur veste linea dictum est supra.

DE ALIIS VESTIMENTIS
præter togam lineam.

ALia autem vestimenta Canonicorũ Regularium præter lineã togam,

togam, seu rochetum quum nihil in contrarium caueatur neque ab eorum regula neque a iure communi neque ab vniuersali vsu, & quòd non est prohibitum censeatur permissum. 27.q. 2.lex diuina. & 27.q.3.cap.illud cum alijs concord. possunt esse cuiuscunque coloris Clericis Sæcularibus non interdicti. Vnde dicti Canonici Regulares etiā in eadem ecclesia & capitulo vti possunt diuerso colore, sicut & ipsi Clerici Sæculares, quia Vnus vtitur colore rubeo, alius cęlestino, alius leonaceo. sic videbis quasi in omnibus ordinis ipsius supra memoratis congregationibus. Et sacrum Collegium Papiensis vniuersitatis in consilio quod incipit, In nomine Sanctę &c. Nos iuris vtriusque Docto-
52 res &c. dicit † quod in Canonicis Regularibus non est curandū de colore vestimentorum dummodo deferant lineam togam, iuxta dictum Ioan. And. in cle. 1. de rel. domi. in versi vel habitus.

Immo Benedictus XII. Papa qui dictum ordinem Canonicum plurimis constitutionibus & priuilegijs decorauit & reformauit, in eisdem constitutionibus in c. de forma, & honestate habitus, &
53 vestimentorum, statuit, † vt ipsi Canonici Regulares pro vero & proprio habitu nihil aliud deferant nisi superindumenta linea: quæ etiam concedit eisdem ad formam rochetorum, & camisiarum Romanarum, vt ibi patet.

Adde etiam quòd in Abbatia sancti Petri ad Aram quæ est Canonicorum Regularium, dum hęc congregatio Lateranen. illuc introduceretur, erant Canonici Regulares vtentes rocheto, & supra rochetū vestibus cęlestini & violacei coloris: & adhuc sunt antiquissimę picturę, in testimonium.

In Burgundia vtuntur indifferenter quocunque colore non prohibito Clericis Sęcularibus, sicut patet in nobilissima Canonica sancti Petri de Matiscone, & apud Diuionem in pluribus Canonicis & ecclesijs Canonicorum Regularium.

In Gallia penè vbique vtuntur colore ad libitum, dummodo non sit prohibitus Clericis Sæcularibus.

Idem in Anglia, & vtuntur communiter ibidem colore violaceo. Et, si sunt Episcopi colore rosaceo: vt Reuerendissimus dominus Cardinalis de Anglia, qui nunc est Romæ, & dominus orator Angliæ cum tota penè familia attestari possunt.

Idem in Flandria, & Brabantia: quod est euidentissimum argumentum ex tam vniuersali consuetudine, quòd possunt vti colore ad

H 2 libi-

libitum, vt dictũ est: exceptis tamen illis Congregationibus, & Ecclesijs quæ se arctarunt ad determinatum colorem. Regula-
54 ris quippe professio sub Regula Augustini non impedit quin quocunque honesto colore vtantur professores eius: sicut patet in fratribus Ordinis Cruciferorum, qui vtuntur colore cœlestino, vel violaceo obscuro: sicut manifestius apparet in fratribus Hierosolymitanis vel Rhodiẽ. militię Iesu Christi: vel sancti Iacobi. qui omnes sunt Regulares, & profitentur expresse Regulam Augustini, & tamen vtuntur quocunque colore ad libitum: quia Regularis professio hoc non impedit. Et si dicatur quod quanquàm dicti fratres sint Regulares: ex eo tamen quòd sunt milites & ad militiam ordinati vti possunt omni habitu militibus etiam Sæcularibus non prohibito, dummodo deferant signum quo à Sæcularibus distinguantur, scilicet Crucem, vt consueuerunt: dicendum est similiter & pariformiter, quòd Canonici, quamuis sint Regulares: ex eo tamen quòd sunt essentialiter Clerici & ad Clericatũ non aliter ordinati (vt supra probatum est) vti quoque possint habitu Clericis Sæcularibus non prohibito: dũmodo deferãt itidẽ signũ aliquod, quo à Clericis Secularibus distinguantur, s. togã lineã vel rochetũ: Quia Regularis professio non impedit quin dicti milites non vtantur colore & habitu alijs etiam Sæcularibus permisso: nec similiter prohibet aut impedit quin Canonici, qui sunt essentialiter Clerici non vtantur habitu & colore Clericis etiam Secularibus concesso, dummodo sicut dicti fratres seu milites deferunt pro essentiali habitu Crucis signum, quo a militibus Sæcularibus discernuntur, ita & Canonici Regulares deferant pro habitu essentiali togam lineam siue rochetum iuxta librum cerimoniarum S.R.E. quum rocheto a Clericis Sæcularibus distinguantur. Vbi enim est eadem ratio est idem ius: vt habetur in l. illud. ff. ad. leg. aquil. & in l. vlt. C. ad legem falc. & in l. in exercendis. C. de fid. instru. extra de constit. c. Nam concupiscentiam: de translat. c. inter corporalia. cap. peruenit. de test. cog. & in l. vlti. C. de const. & cap. quum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. Corroborantur prædicta ex dictis constitutionibus Benedicti Papæ 12. in cap. de pensionibus,
55 studentium, vbi † Canonicis Regularibus doctoribus Canonũ concedit delationum coloris rubei.

Et his remanet expedita materia habitus Canonicorum Regulariũ

extra

extra diuina, vel extra ecclesiam dum singulariter procedunt in publicum. Nunc restat videre quo habitu vti debeant, & vtantur in ecclesia cum diuinis intersunt, & extra ecclesiam, quum capitulariter vel collegialiter procedunt in publicum.

DE HABITV CANONICORVM REGVLARIVM *quum diuinis intersunt.*

56 Canonici Regulares † dum diuinis in ecclesia intersunt vel extra ecclesiam collegialiter procedunt in publicũ, (exceptis dumtaxat illis congregationibus quæ leges inter se habent particulares) in signum quòd sunt essentialiter Clerici utuntur superpellicijs lineis & almutijs de panno super humerum more Clericorum Sæcularium iuxta ordinationes Clementis Papæ quarti de reformatione Regularium Canonicorum. Et hoc obseruatur generaliter per vniuersum orbem (dictis particularibus congregationibus vt dictum est exceptis, quæ minimum numerum respectu totius ordinis efficiunt), & habent speciale modum. Vnde Doctores, & qui in cathedralibus aut collegiatis ecclesijs personatum vel dignitatem habent, vtuntur superpelliceis, & almutijs de pellibus albis vel varijs iuxta morem Canonicorum Sęcularium: sicut in infinitis locis diuersarum prouintiarum fieri constat apertissime: nec est opus tantam ecclesiarũ adducere numerositatem. Et insuper certis temporibus, scilicet a festo Omnium Sanctorum vsque ad Pascha, utuntur in Ecclesiis cappis violaceis cũ pellibus albis circa caputium, si sunt Pręlati, vel Doctores, vel dignitatem aut personatũ habeant, sicut Abbates, decani, prępositi, Archidiaconi &c. Et hoc est generale pręsertim in Anglia: sicut Illustriss. & Reuerendiss. dominus Cardinalis de Anglia, & etiam orator Regis Angliæ, & omnes quasi sui familiares possunt testificari. Hoc idem fit Tholosę in vniuersitate vbi sunt plurimi Canonici graduati, & doctores: Et quã do utuntur cappis, utuntur etiam Rocheto inferius cum manicis strictis, & clausis more Romanæ curiæ. In pluribus ecclesiis etiam est consuetudo quòd quocunque tempore Canonici Regulares ingrediuntur collegialiter vel singulariter chorum Canonicorum Sęcularium deferant cappas, & habitum eorundem scilicet in Hispania in ecclesia Vlixbonen. in Regno Portugalliæ: ad denotandum quòd non obstante regulari professione, est

est inter ipsos essentialiter Clericalis Conformitas vtrisque communis.

Idem fit in ecclesia Andegauensi in Gallia: vbi Abbas Canonicorũ Regularium ecclesiæ Omnium Sanctorum habet primam dignitatem post episcopum in choro dictę ecclesiæ inter Canonicos Sæculares & defert insignia illorum Canonicorum Sæcu-
57 larium. Propterea † Speculator in Rationali diuinorum Officiorum, in parte sexta, in Rubrica de ebdomada in albis, dicit q̃ inter Canonicos Regulares, & alios Clericos, qui vsurpato vocabulo Sęculares dicuntur, nulla debet esse differentia in ecclesia quum diuina celebrant: præcipue autem in superindumentis lineis, quoniam vtrique sunt sacerdotes & leuitæ. Vnde Ezechi. 44. dicitur, Sacerdotes autem, & leuitę filij Sadoch, quum ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induẽtur, &c. quibus omnibus optimè adstipulatur præfatus Benedictus Papa in suis constitutionibus in cap. de forma & honestate habitus, & vestimentorum. Et hoc sufficiat quantum ad cultum Regularium Canonicorum, dum in ecclesia diuinis intersunt vel collegialitèr procedunt in publicis. Sequitur de habitu Prælatorum ex Canonicis Regularibus assumptorum.

DE HABITV PRAELATORVM EX *ordine Canonicorum Regularium assumptorum.*

QVantum vero ad Prælatos Canonicorum Regularium: quum superius probatum fuerit Canonicos Regulares non Pręlatos vti posse forma indumentorũ, & colore quo vtuntur Clerici Sæculares data differentia lineę togę seu rocheti: quis dubitet, quòd Prælati a fortiori dato decenti cultu prælationis, poterunt vti, & forma, & colore quo alij prælati. Nam si habẽtes personatum & doctores ex dicto ordine vtuntur cappis violaceis, & etiam pellibus albis in caputio quanto magis vti poterunt eisdem cappis alij qui sunt Prælati? Vtentur ergo amplis almutijs de pãno vtrunque humerum capientibus. Vti videmus in Priore sancti Spiritus in Saxia: qui quum sit Regularis, & profiteatur Regulã Augustini: & sit inferior quocunque Abbate: nec sit Canonicus essentialiter (præsupponit tam in Regulari quam in Sęculari Clerico vt supra probatum est,) vtitur tamen

almutijs

almutiis de panno vtrunque humerum capientibus more aliorum prælatorum, & colore, & forma habitus ad instar Clericorum Sæcularium, data differentia in cruce qua discernantur ab alijs Clericis, quoniam approximant, & sunt vicini Canonicis Regularibus.

Quia tamen non sunt Canonici neque essentialiter Clerici, non possunt vti toga linea seu rocheto. Prælatis ex Canonicis ergo Regularibus assumptis non interdicitur color atque forma alijs Clericis Sęcularibus non interdictus. Quare vti poterunt colore violaceo, & cęlestino, & leonaceo, & nigro. Et ut Reuerendissimus Cardinalis de Anglia præfatus, & orator, & sui pręlati, & alij de Anglia, affirmare possunt, pręlati ex Canonicis Regularibus assumpti utuntur colore rosaceo, & incedunt more Prelatorum Sæcularium: quod expresius patet per literas apostolicas Innocentij Papæ.IIII. directas Abbati, & conuentui S. Ruffi ordinis Canonicorum Regularium. Vbi inter cętera.

DE ROCHETO.

58 QVantum ad Rochetum non est dubium† quòd si Canonici Regulares Prælatis inferiores utuntur Rocheto quòd & Prælati ex eis assumpti tanto magis vtentur. Quoniam si id de quo minus videtur inesse, & id de quo magis, vt sunt iura vulgatissima in cap. si in laicis. 38. dist. & 3. q. 3. de iudic. & 59. dist. si officia. & 34. q. 2. cum per bellicam, & 13. q. 2. non ęstimamus.

COnstat etiam ex cap. Clerici officia. de vita & honest. cleric. vbi dicitur quòd Prælati dum procedunt in publicum debeant vti superindumētis lineis nisi monaci fuerint: quos oportet ferre habitum Monacalem: Ecce quòd Canonici Regulares non exceptuantur, sed solum Monaci, & a simili cęteri religiosi, qui non censentur Clerici essentiales. Propterea Sanctus Tho. contra impugnantes religionem ar. 20. dicit quòd quanquàm monacis prohibeatur vsus huiusmodi superindumentorum lineorum, non sequitur, quòd Canonicis Regularibus prohibeatur, 59 quū † ipsi non sint Monaci, sed Clerici, & sic secundum doctores pręsertim Abbatem Siculum, in odiosis nusquam Canonici Regulares veniunt appellatione Monacorum, sed bene in fauo-

fauorabilibus. Liber quoque cerimoniarum S. R. E. hoc expresse determinat in cap. de habitibus in capella apostolica. Dicit enim ꝙ prælati ex ordinibus Mendicantium assumpti vtuntur in capella apostolica habitu ordinis sui, sed ampliori, & preciosioris lanę. Assumpti autem ex ordinibus non mendicantibus vtūtur cappa ampla, sed nigra cum pellibus nigris vel griseis. Assumpti autem ex Canonicis Regularibus, qui in suo ordine utūtur Rocheto, vtūtur etiam in capella Romana. Ita ait dictus Benedictus Papa vbi supra lib. cerimoniarū S.R.E. Et si quis vellet interpretari aliter q̃ est consuetudo Roma. curiæ, errat quia qui ordinauit librum præfatum sciuisset, & hoc interpretari, sicut & alia interpretatur: nec velint glosare textum perperam quod scilicet rocheti debent esse breuiores, & ampliores: quia liber hoc nō dicit, & si hoc voluisset, sciuisset aliter declarare, sicut declarat de amplitudine, & preciosiore in ordinibus mēdicantibus, & de pellibus nigris, & griseis in monacis. Et Benedictus Papa intendit de rocheto Romano, & nō aliter vbi supra. Denominatur enim particulariter Canonicorū Regularium in dicto libro Rochetus, & dicitur quòd Prelati Canonici Regulares vtuntur Rocheto, scilicet more Romanæ curiæ. Vnde hoc nomen accepit, quia vnicus est rochetus, & vnica forma eius non plures. Nomina enim rei debent esse conuenientia, & denominatio rei facit optimum argumentum, vt in c. oratorium: & in c. de oratorio. 42. dist. De cappa autem Canonicorum Regularium in capella non loquitur expresè de Canonicis dictus liber: quia dum tantummodo de Monacis dicit ꝙ vtātur cappa nigra & pellibus nigris vel griseis ex eo ꝙ status eorum est, status pœnitentię vt supra dictum, & probatum est, non intendit hoc ordinare de Canonicis Regularibus, quorum status est essentialiter Clericalis,

60 & administrationis Sacramentorum, & doctrinæ: Nam † & si quicquam, prohibeatur monacis nō sequitur propter hoc quòd prohibeatur Canonicis Regularibus sicut dicit notabilis textus, in c. quòd Dei timorem. de stat. monac. Et beatus Tom. in simili in lib. contra, impugnantes religionem, dicit expresse: quòd licet prohibeatur monacis docere, non tamen sequitur ex hoc ꝙ prohibeatur Canonicis Regularibus, ad quos tāquam ad essentiales Clericos pertinet docere. 16. q. 1. cap. si Clericatus, & idem vt supra si monacis prohibeatur vti superindumentis lineis, non

tamen

tamen censetur phibitum Canonicis Regularibus. Et istud opusculum S. Tho. fuit approbatū per Clemētem Papam 4. Vnde a simili quanquàm prohibeatur Prælatis monacis vti cappa violacea cum pellibus albis in capella, non tamen propter hoc prohibetur Canonicis Regularibus. Argumentum enim à simili est validum, vt docto. in cap. ius naturale. 1. distinct. Et illa quæ in iure ponuntur gratia exempli non restringunt regulam iuris ad expressa tantum, sed etiam ad alia similia: vt in cle. 1. ne cle. vel mo. §. hactenus. Instit. de grad.

DE LIBRO CERIMONIARVM.

NAm quum liber Cerimoniarum præfatus dicat, quòd prælati ex Canonicis Regularibus assumpti vtantur Rocheto in capella: accessoriè & consequenter ostendit q debeant quoque uti cappa congruenti, scilicet violacea cum pellibus albis: sicut utuntur prelati deferentes rochetū. Aliàs enim esset indecorum, & nouū siue ridiculū, & maxime admirationis in capella si prælatus vteretur Rocheto, & cappa nigra cū pellibus nigris &c.

Quū ergo cappa violacea cū pellibus albis sit quid accessoriū ad rochetum tanquàm ad principale, consequens est: vt qui vtitur rocheto vtatur & cappa violacea sibi conuenienti. Accessorium
61 † enim sequitur naturam principalis. cap. si laicus. 31. dist. ca. qui sacrum. 50. dist.

Nam si aliqua sibi cohærent: vel aliquid sequatur ex alio, concesso primo conceditur & aliud sequens vel dependēs aut accessoriū. c. si quis uiduam. 34. dist. c. deinde. 26. dist. cap. hoc quippe. 3. q. 6. Et præsertim quum & nunquam reperiatur aliquod in contrarium: nulla expressa prohibitio: nullus usus. siue consuetudo, siue etiam ratio contraria, siue saltem exemplum contrarium.

Immo ratio fauet Canonicis Regularibus per ea quæ superius dicta sunt de statu essentialiter Clerici ad differentiam aliorum religiosorum seu Regularium, & de Rocheto iuxta dictum librum Cerimoniarum S. R. E.

Et Benedictus Papa præfatus in suis constitutionibus, & ante eum Innocentius III. Abbati, & Canonicis Sancti Ruffi scribens, & ante eum etiam Alexand. III. quem idem Innocentius adducit. Est enim fortissimum argumentum ab identitate rationis,

nis,ut in c.si Romanorum. 19.di.c.consuetudo.1.dist.cap.si laicis.31.dist.cap.de hymnis.de con.dist.1.l.illud.ff.ad l.aquil.

Vbicunque enim lex non est clara & expressa,debet vel ampliari vel restringi ad limites rationis regulariter,vt in l.scire oportet.§. Illud autem.ff.de excu.tut.

Ratio quippe dat esse legi, & est eius principale & præcipuum fundamentum.c.erit autem lex.4.dist.& l.2.ff.de legi.

Item exempla generalia fauent Canonicis præfatis in dicta forma habitus in Rocheto,& cappa violacea,& albis pellibus, vt supra declaratum est.Et Argumentum ab exemplis innitentibus rationi vt hic in casu nostro est optimum argumentum:vt in cap. sana.9.dist.c.turbat.37.dist.& secundum eadem exempla iudicandum est.cap.in causis. de sent.& re iud.Et si dicatur quòd ista sunt exempla aliarum prouinciarum,& non Romanę curiæ: respondetur quòd in Romana curia quãtum ad Canonicos Regulares non apparent neque adduci possunt exempla contraria, immo practicatum est in Romana curia iuxta rationes, & leges,& exẽpla adducta in varijs Prælatis, & officialibus S. R. E. etiam diebus nostris,qui erant Canonici Regulares,& vtebantur rocheto & cappa congruenti vt supra, & pileo uiridi inferius,sicut facile probari potest per eos qui nouerunt,& viderunt, & probabitur si opus fuerit.

Immo ad insinuandum quanta differentia sit à statu Canonicorum Regularium,vt sunt essentialiter Clerici, à statu Monacorum,& aliorum religiosorum,patet etiam maximè in hoc, quòd sedes apostolica concedit officia Clericalia S. R. E. Canonicis Regularibus,quę non concedit monacis & alijs religiosis,sicut protonotariatum subdiaconatũ Sanctę Sedis Apostolicę. Fiunt enim quotidie protonotarij Canonici Regulares,& de hoc patet per constitutiones præfati Benedicti Papæ in cap.de mutuis.& in c. de Canonicis venatoribus, vbi facit mentionem de protonotarijs Canonicis Regularibus,& fuerunt aliqui subdiaconi S.sedis apostolicę.vt facillimũ,& impromptu est probare,quodnõ fit de monacis,& alijs religiosis. Et ratio est: quoniam dicti Canonici vt essentialiter Clerici non prohibentur ab officijs Clericalibus,propter quæ præcipuè non mutant habitum,scilicet togam lineam, vel rochetum, vt in præallegatis officijs patet. Et si dicatur quod raro apparẽt prælati ex Canonicis Regularibus in

curia Romana, & q ideo nõ perpendatur de huiusmodi exemplis in curia, respondetur, quòd multi apparẽt, & aliqui existunt, sed quia non differunt in habitu & cultu ab aliis prælatis Sæcularibus: ideo non cognoscuntur aut discernuntur ab aliis.

62 De † pileo autem non est dubium, quum expressè de illo mentionem faciat lib. Cerimoniarum S. R. E. in supradicto capitulo de habitibus in capella apostolica.

Et quanquàm in dicto libro dicatur quod Canonici Regulares episcopi vtuntur pileo nigro, &c. consuetudo tamen est in contrarium, & quidẽ præscripta tempore de quo nõ extat memoria, & rationabilis: quę quidem tollit legem contrariam posito, & nõ cõcesso quòd dictus liber habeat uim legis. patet per gl. & doctor. in c. 1. de treug. & pace. Et arbitrãdum dictum librum in illo passu esse mendosum in scriptura, quia vbi dicit, sed vtuntur,
63 debeat dicere nec vtuntur, ea ratione potissimum, quòd † consuetudo antiqua in contrariũ interpretatur legem, & statuta vt in l. si de interpretatione. ff. de legi. & in ca. dilectus. de consuet. & per ea quæ notat Io. And. in c. dilectio. de consang. & affi. & pręcipuè quum videretur monstrum in natura videre Episcopum utentem rocheto, & pileo nigro: qui a protonotariis apostolicis non posset discerni, quod omnino est contra omnem æquitatis rationem.

Et posito quòd ex eo q de cappa nihil in dicto libro determinetur, in dubio quis etiam id velit accipere, & adductis rationibus nõ acquiescere, facile saltem conuincetur ex ea regula iuris: quod odiosa restringuntur: fauorabilia amplientur. reg. odia. de reg.
64 iur. in 6. Odia † enim restringi, & fauores conuenit ampliari, vbi nihil in contrarium expresse apparet determinatum. Odiosum enim est quod prohibetur Prælatis Monacis, & Mendicantibus: vt non vtantur rocheto, & cappa violacea, & pellibus albis, in dicto libro, ideo non est extendendum hoc, aut ampliandum ad Canonicos Regulares, quibus nõ prohibetur, sed restringendũ est ad monacos, & mendicantes tantum, de quibus in ipsa prohibitione fit tãtum mentio, & tanto magis vbi expresse ratio potissima Clericalis status essentialiter in Canonicis præfatis eos distinguẽs ab ipsis monacis, & aliis religiosis clarissimè militat, & contrarium persuadet, iuncta exemplis aliis pluribusque rationibus, & legibus supra adductis.


Hoc vero quod in dicto libro caueatur expresse quòd dicti Canonici Prælati vtantur rocheto est fauorabile: ideo ampliandum ad omnia præsertim consequentia, scilicet quòd utantur rocheto more Romanę curię, & aliorum prælatorum, & cappa violacea, & pellibus albis, & pileo viridi consuetis deferri ab his qui rocheto in dicta capella vtuntur: quum præcipuè quicquàm expresse in contrarium non caueatur, & nulli præiudicium generetur. Et clarum est quòd rochetus plus est quàm cappa, quia etiã inferiores prælati vtuntur cappa violacea, & pellibus albis, vt doctores Sæculares, & tamen non possunt vti rocheto, & multi vtuntur pileo sicut & pelle. Si ergo rochetus est quid maius, concesso maiori cõceditur & quod minus est, forma scilicet rocheti iuxta morem curię, cappa violacea cum pellibus albis, & pileus viridis Episcopis. Argumentum optimum est in c. 1. 16. q. cap. præcipimus. 21. q. 1. & in c. ex parte. de deci. Pellis autem alba.

Stat ergo Conclusio omnes septem suprapositas conclusiones connectens, quòd scilicet Canonici Regulares tanquam essentiales clerici distincti a monacis, & alijs Regularibus, vti possint habitu, forma, & colore Clericis Sęcularibus non prohibitis, data tamen differentia signi in toga linea quæ est eorum essentialis habitus, qua ab Sæcularibus Clericis distinguantur. Et quod prælati ex Canonicis Regularibus vti possint rocheto more Romanę curię, almutijs de panno super vtrunque humerum, & cappa violacea, cum pellibus albis, & pileo viridi si sunt episcopi more aliorum prælatorum Sæcularium. Quę tamen omnia pater beatissime tuę maximę sapientię, & Authoritati Sanctęque Romanę Ecclesię: ac cuiuslibet melius sentientis iudicio submitto ad laudem Dei omnipotentis, & immaculatę Dei genitricis Marię, Beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli, ac totius triumphantis, & militantis Ecclesię Dei.



PRO-

PROPVGNACVLVM CANONICI ORDINIS



D. BARTHOLOMAEI CREMONENSIS CANONICI REGVLARIS

Ad Lectorem Decastichon.

Cæsareos quæris lector si forte triumphos,
Magnanimum vel si prælia sæua Ducum,
Aonides musas, Parnaßi vel iuga sacri
Discere si cupias, pieridumque choros,
Siste (precor) manibus sacrum attrectare libellum,
Pierides non hic, nec fera bella canit.
At tua si nostri Canones mens noscere gliscit
Ordinis, hoc modicum perlege lector opus.
Linigerum dum gesta canit tot ducta per annos,
Edocet antiquus quam fuit ordo sacer.

Io. Gazoldi Poetæ Cæsarei Tetrastichon.

Cui Canones, cui dat sanctissima regula nomen,
Edocet vnde suus sumpserit ordo caput.
Sic niueos nigris coruis discernere olores,
Sic verum à falso phas tibi discutere.

NICOLAVS TERGIMVS AVGVSTINO TICINEN. CANON. REGV. LATERANEN. Sal.



ON arbitrari non possum Augustine Pater Reuerende diuino factum consilio, quòd tui patris nomen sis in sua religione sortitus, cum eiusdem (quã ipse reformauit) religionis tã acerrimus sis euasurus defẽsor. Quamobrem Augustino, iam in cœlis beato, tibiq; adhuc in terris peregrinanti conca nonici tui maximè debere se sciãt. Illi, quòd institutum ab Apostolis in primitiua ecclesia ordinem in suo statu restituit, tibi vero, quòd tua doctrina multipliciq́ue argumentorum varietate validissimisq; rationibus cõtra impugnantium rabiẽ falsamq; doctrinam tutũ reddis, & seruas intactum, quod nõ parui laboris esse quis nesciat? eo quòd tibi semper fuerit & est eritq́ue dum viues cũ illis negotium, apud quos omnia venalia sunt, quiq́ue sua prostituta doctrina cuncta contaminant, & nepharijs non verentur ipsam veritatem calumnijs oppugnare. Sed tua virtute (diuina fauente gratia) euenturum speramus, vt illos in perpetuum suæ peruersitatis pœniteat, siquidem illorum ineptias & vana reprimis deliramenta. Quid enim tuis scriptis luculentius? quid

quid ſtabilius? quid ſanctius atq̃ue diuinius eſſe poteſt? in quibus quidem quaſi quinquepertito exercitu illorum contundis audaciam, quorum lingua veritate indigens (vt perſæpe inquis) ad iniurias vertitur atque confugit. Cæterum contra hæc veritatis iacula fucata, mendacia ſtare nequibunt, quoniã omnibus iam apparebit qui tua ſcripta legerint, Canonicos Regu. & Clericos eſſe & cunctis præſtare religioſis, vt plurimis in locis canonum iura teſtantur, & innumera Pontificum decreta conſtituunt. Quapropter vt quamprimum in publicum exeant obſecramus, vt cunctis in toto orbe terrarum iam ſolida veritas eluceſcat.

Vale Auguſtine Reuerende ęternumq́ue felix viue.



INCIPIT OPVSCVLVM QVOD PROPVGNACVLVM TITVLO PRAENOTATVR CONTRA IMPVGNANTES CANONICVM ORDINEM.

PROLOGVS, IN QVO AVTHORIS intentio declaratur.



Ructum eorum de terra perdes, & semẽ eorum a filijs hominum; quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quę non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum. Psal. 20. Et si Deus cum sit omnipotens, per semetipsum gloriam suam hominumque salutem possit procurare: disposuit tamen (vt ordo seruetur in rebus) ad hoc eligere uiros: quorũ ministerio perficeretur utrunque. Tales enim Dei adiutores recte dicuntur. 1. Corinth. 3. Hi sunt uiri diuersorum ordinum spiritu sancto afflati institutores: quorum varietate veluti Regina in vestitu deaurato depingitur sacrosancta mater ecclesia circumamicta varietate. Verum humani generis antiquus hostis, nec non diuinę glorię & humanę salutis inuidus, vtrunque per suos perfidos ministros nititur impedire. Quales sunt qui in eorũ venalibus consilijs zizania & discordias inter huiusce viros religiosos disseminarunt: & quotidie fouent. De quibus Psalmista in verbis propositis tria facit. Primo eorum iustissimam pęnam Secundo eorum grauissimam culpam. Tertio eorum nouum aucupij genus, & peruersum dogma euidenter ostendit. Notatur eorum iustissima pęna cum dicitur: fructum eorum & semen eorum de terra perdes. i. meritum operum suorum: quorum memoria a filijs hominum in obliuione erit. Et propter eorum mala opera, in eos refertur prophetica interminatio. Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur: ideo recte subiungitur culpa: ad quam iuste ordinatur pœna: cum dicit. Quoniam decli. in te mala, diuinę prouidentię ordinem confundere

annitentes. Nam sicut in uniuerso ipsa rerum varietate pulcritudo consurgit: sic in ipsa ecclesia pulcherrima religionum uarietate diuinę sapientię ordo consurgit. Volentes proinde eorum peruerso proposito candidum ordinem Canonicum extinguere: eum inquam Clericalem ordinem; qui inter cæteros ecclesiæ ordines ab ipsius nascentis ecclesiæ primordijs effulsit. Ipsi namque aduersarij Canonicorum rationibus dum confusos se esse deprehendunt; ad iniuriarum calumnias conuersi sunt: Temere asserentes eum ordinem canonicum, qui sub titulo præsertim congregationis. Lateranen. in Italia sub Regulari obseruantia iam diu per tempora floret, nõ esse eum, quem magnus pater Augusti. instituit. His nimirum uti spẽm religionis habentibus, uirtutem autem abnegantibus, merito per prophetam dicitur. Væ vobis qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem.i. veritatem tenebras; & tenebras lucem. Quamobrem cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire, & hoc est eorum peruersum genus aucupij, ideo pones eos dorsum; quoniam a veritate succumbent, obtenebratum habentes eorum intellectum, ignari; quia sicut in cæteris ordinibus reformatis, ecclesia suo congruenti ornatu non frustratur, ita ex consequenti non est destituenda Clericali ordine; qui sicut primus in ecclesia fuit institutus, ita primus à magno patre Augu. fuit reformatus, ad nostra vsque tempora in Canonicis Reg. fulgens, atque in sancto proposito perseuerans. Huius autem erroris assertores priorum errantium semitas imitantur. Est enim errantium consuetudo (vt ait Chris.) quia in medio ueritatis consistere non possunt, unum declinantes errorem in contrarium dilabuntur. Quale est illud primum ab omni ratione absonum, quòd Augusti. tanti doctoris Regula post Benedictum fuerit approbata, ac sic per tot tempora inanis steterit, & prorsus inualida. Sed econtra dignis rationibus conuicti in alterum errorem turpius dilapsi, negant eum ordinem ab ipso patre Aug. fuisse institutũ. Nõ enim sat illis est seipsos infamia polluere, sed etiam Deum grauiter offendentes, non verentur eiusdem ordinis canonicos turpiter diffamare, vt clare patet in eorum uenali. consilijs. Talium est enim peruersa consuetudo; ut cum se nudos à ueritate nouerint: mox ad iniurias se se conuertant. Sed sicut obstinati Iudęi finali impęnitentia deficientes, in iudicio ex ipsa clara filij Dei maiestate conuicti tabescẽt, ita isti ex ipsa clara veritate conuicti succumbent, vel in præsenti, vel in futuro Dei iudicio, ideo per prophetam recte sequitur. Quoniam pones eos dorsum, & in ipsa fraternę caritatis inuidentia, in reliquijs tuis ò Deus præparabis uultum eorum. Imitantur prætera quasi pro clypeo tenentes,


mon-

monstrosum illud nephandumque figmentum ex supplemento cronicarum. 14.lib. Nouissime tamē retractatum quasi ex eo figmēto nouus Ordo cōstiterit. At si ueritas ipsa testis est nobis in terris,& testis in cœlis,dimittamus (ut ait Greg.) stultos foris loqui quod uolunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt;nisi quòd in puluerem sufflant,& in oculos suos terram excitant? ut unde plus detrahentes perflant, inde magis nihil ueritatis uideant.cap.Inter verba.11.quæstio.3.Verum iuxta sapientis consilium, rationi congruit respondere non nunquam stulto,ne sibi sapiens uideatur. Veritas enim opprimitur cum minime defensatur. Prędictorum itaque malignantium nequitiam comprimere volentes, tali ordine procedemus.

¶ Primo enim demonstrabimus Clericalis & Canonici ordinis orginem eiusq; dignitatē. ¶ Secundo Clericatum per se & ex sui primaria institutione ipsi Canonico ordini cōpetere. ¶ Tertio quòd licet ex ipsius ordinis antiquitate multifarie nominentur Canonici Reg. non tamen aliter secundum originariam significationem esse possunt, quàm veri illi Clerici quos beatiss. August.regulariter instituit. ¶ Quarto ostendemus ipsos Canonicos Reg. Lateranen. in Italia sub Regulari eiusdem ordinis obseruantia degentes, & Pontificum Romanorum eminentissima auctoritate propagatos, sub eadem Canonici ordinis ratione continuasse cum illis, quos eiusdem habitus & professionis specifica ratione singulariter instituit sanctus Ecclesiæ Doctor Augustinus.

¶ Quinto & ultimo prædictorum friuola argumenta refellemus.

Explicit Prologus.



PRIMA PARS PRINCIPALIS TOTIVS OPERIS.

De ortu Clericalis & Canonici Ordinis. Caput primum.



RDO Clericalis ſtatus inchoatiue à Leuitis in veteri teſtamēto: cōſummatiue vero in nouo teſtamento à Chriſto exhibitus, & ab apoſtolis inſtitutus certiſsima veritate monſtratur. Ipſorum namque Leuitarū erat cum ephod lineo in tabernaculo, & in tēplo Domini iugiter aſsiſtere & miniſtrare. In nouo vero teſtamento auctore Chriſto per Apoſtolos conſummatiue præfatum ordinē inſtitutum fuiſſe conſtat. Ait enim Anacletus Papa. cap. In nouo teſtamento. 21. diſt. poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo. Huius autem ſtatus ordinis poſt Apoſtolos per beatum Marcum in eccleſia Alexandrina, & per beatum Vrbanū martyrem in vrbe Roma, ac per beatum patrem Augu. Hyponenſem epiſcopum diuinis regulis eſt decoratus. Hinc Dominus Io. de Deo Hiſpanus, Doct. eximius in libro de diſpenſatione. in q. quæ incipit. Cum totum regimē, dicit. ordo Canonicus, ideſt Clericalis & Reg. ordo cœpit à Nazarǽis, ſeu à Leuitis: qui templo die, noctuque ſeruiebant.

De progreſſu Canonici ordinis. Cap. 2.

SEd huius ſacri ordinis progreſſum euidenter oſtendit. d. Roſetus doct. Pariſien. inſignis in lib. de regione Eccleſiaſtica tit. 34. cap. 3. vbi ad literam de Can. ordine diſſerens, ſic dicit. De ipſius Can. ordinis antiquitate non ex incertis auctoribus, reperimus quòd ordo Canonicorum Regularium ſub ſanctis apoſtolis eſt inſtitutus: à B. Marco apud Alexandriam eſt dilatatus: à B. Iacobo Hieroſolymitano Patriarcha, & Clemente Pontifice Ro. &

Ro.& cęteris apostolicis viris obseruatus: ab Vrbano Papa & insigni martyre generali Decreto decoratus: à B. denique & mag. P. Augu.instauratus: diuinis regulis illustratus: & ordinatus: ab eo postremo & sub eo ac post eum inuiolabiliter obseruatus,& mirum in modum propagatus. Demũ Gregorij magni iussũ in occidentis partibus ampliatus: per sanctos & apostolicos viros mirabiliter dilatatus,cõseruatus,collaudatus, reformatus est, & in præsens vsque sub eiusdem Ordinis disciplina(adiutore Deo) productus est. Huius Ordinis & habitus, non eremitici (vt non nulli falso asseuerant) fuit beatissimus & magnus pater Augustinus. Hęc ille.

De dignitate Canonici Ordinis. *Cap.* 3.

AD præmissorum euidentiam subnectimus probatum testimonium.d.Io.de Nigra valle sedis apostolicę bibliothecarij: qui in ipsius Cronica quę dicitur Epilologus cronicarum. lib.13 c.18.Ex Can. (inquit) ordine omnium primario, cęterę omnes religiones veluti ex limpidissimo Fonte quasi riuuli pro fluxere. Ex eo namque Monasticus ordo traxit originem. Quũ enim in primitiua ecclesia ab eis, quibus erat cor vnum & anima vna in domino, multi ad perfectionem illam,qua quis se & sua pro Christo reliquit assidua prædicatione inter Clericos cõuerterentur è seculo: Hi qui apostolorum Decreto angelica vita ueluti Dei ministri in cõmuni uiuentes, atque in sortem Domini sunt per paupertatis, castitatis, ac obedientie professionẽ assumpti,Clerici siue Can.nũcupati fuerunt. Reliquos vero sicuti laicos simplices & idiotas,qui pecunias tantum Deo vouebãt, quique ex eo ꝙ nec donum scientię,aut linguarũ à Spiritu S.acceperant: nec ad prædicandum & in diuinis ministran. apti erãt atque idonei cum electis illis omnibus Clericis, nec ad regimen animarum & sacrorum administrationes fuerunt electi: iussit apostolica institutio in cęnobijs extra vrbium frequentias solitarios degere,ac humilitate & pęnitentię habitu sua & aliena peccata plorando frequenter pro ecclesiæ statu orare, operibus manuum & contemplationi insistere,ac denique operibus misericordię operam dare. Qui & ab eo rum vita Monaci appellati sunt. Hæc ille. Item ex eodem lib.

De

De distinctione Canonici & Monastici ordinis. *Cap. 4.*

HI profecto in veteri testamento mysticam habuere præfigurationem à filijs prophetarum: qui iuxta fluenta Iordanis & in montibus solitariam vitam ducebant. Et quia prophetę nõnulli communiter ex genere sacerdotali siue Leuitico erãt: sicut Moyses, Aaron, Samuel, Hieremias, & alij multi, vel ex tribu Iuda: sicut Dauid, Salomon, Isaias, & alij plures: cuius regię tribus propriũ erat præesse filijs Israel per regimen: Et tales ex tribu Iuda figurabant prælatos sanctæ ecclesiæ: Sed per ambas. s. Leui & Iuda designãtur cęteri, quorum est sacrificare, & animas regere, & alios docere, sicut reliqui inferiores Clerici & Sacerdotes & Canonici, qui illis imediate succedunt. Monaci vero dicuntur figuratiue filij prophetarum. i. Clericorum, vel Cano. quia in nouo testamento (cessãte figura ueteris testamenti, & succedente veritate) ex Regularibus Clericis siue Canonicis ab Apostolis institutis, per prædicationem & informationem originem habuerunt. Hęc ille. Ideo tanquam filij spirituales ab ipsis pascebantur, consiliorum directione: vt dicit Hieronymus ad Rusticum mõnacum. Ecclesia habet senatum, cœtum presbyterorum: sine quorum consilio nihil Monacis agere licet. 16. q. 1. Ecclesia Et sacramentorum administratione. Idem Hieronymus refert Monacos Scythię conuenisse in vnum vt sacerdotem sibi inuenirent. Et verbi Dei prædicatione: vt idem Hieronymus ad Heliodorum dicit, Alia causa est Monaci: alia Clerici. Clerici oues pascunt: ego Monacus pascor. 16. q. 1. Alia. & ca. Hinc est. & ca. Monacus. Hieronymus ad Riparium. Monacus (inquit) non docentis, sed plangentis habet officium. Vnde Monacum per omnia singulariter agere oportet: vt diffinitum fuit in Nicena Synodo. c. Placuit. 16. q. 1. Monacus enim gręcè, latinè singularis dicitur. Monacorum ergo conuersatio ab omnibus debet esse discreta. Quia vt dicit Gregorius, Nemo potest ecclesiasticis officijs deseruire: & in Monastica regula ordinate persistere. ea. q. & causa. c. Nemo. & in cap. iuxta. ea. q. & causa. Dicit Alexander. 2. iuxta Chalcedonẽ. tenorẽ optimi concilij: Monacis quamuis religiosis ad normã sancti Benedcti intra Claustrum morari præcipimus: Vicos, Castella, Ciuitates peragrare prohibemus: & à populorum prędicatione omnino cessare cẽsuimus.

suimus, Vnde docendi & prædicãdi officium & si Monacis interdicit: non tñ Canonicis Regularib. qui inter Clericos computãtur: vt diffinit S. Tho. in lib. contra impugnantes religionem. Dicuntur ergo Monaci ad similitudinem filiorum prophetarum, sicut in veteri testamento, ita in nouo per quandam filialem subiectionem, originem habuisse ab apostolis inquãtum eorum Decreto statutum est illos vacare contemplationi extra vrbes in solitudine ad differentiam clericorum: a quibus sacramẽtorum administrationem reciperent. Vt idem d. Io. in c. sequenti dicit.

De Origine Monastici ordinis. Cap. 5.

CONsequenter in veteri testamento Monaci mysticam habuerunt præfigurationem à filijs prophetarum: qui in mõtibus vitam solitariam ducebant: sic proculdubio in nouo testamento laicalem illam communitatem repręsentant; eorum scilicet, qui pecunias Deo offerebant: & vitam solitariam in desertis locis ducebant: qui tamẽ adhuc tria vota religionis sicut Clerici primitiuæ ecclesiæ non vouebant. Confirmantur hæc probata fideli authoritate Archiepiscopi Florentini in tertia partę Cronicæ. c. de sacro ordine. Monaci (inquit) repręsentabant vnitatem illam laicalem vel communitatem, quæ fuit in laicis primitiuæ ecclesiæ tempore Apostolorum, qui etiam ipsi emittebant votum maximè paupertatis, vt patet 17. q. 1. c. Ananias. Aduertendum tamen est ꝙ tex. Ananias non dicit laicos illos emittere vota sicut Monacos: sed dicit ꝙ Ananias pecunias vouerat, sicut alij laici & solitariam vitam ducentes, sed beatus Gregorius in tex. illo arguit per locum à maiori, ꝙ si ille laicus Ananias mortis periculo dignus fuit, multo magis Monacus ille, qui regulam Benedicti professus forte fuerat, diuino dignus erat iudicio, qui non numos, sed semetipsum Deo, cui se deuouerat, subtraxit. Concordat huic veritati tex. concilij Chalcedonensis in c. Quidam. 18. q. 2. iuncta glos. Vbi dicitur: Eos vero qui ausi fuerint rescindere huiusmodi Constitutionem quocũq; modo: siquidem si clerici fuerint secũdum personarum ordinationem subiaceant cõdemnationibus Canonum. Si vero Laici vel Monaci communione priuentur. Et glo. in verbo Monaci dicit: Ibi loquitur secundum ea tempora: quando Monaci inter Laicos com-

computabantur, qui laicalem communitatem repręsentabant, & præfigurabantur per filios prophetarum, qui in montibus solitariam vitam ducebant.

De distinctione Clericorum ab initio nascentis Ecclesiæ. *Cap. 6.*

SCiendum est autem iuxta sanctorum patrum certissima documenta, sicut a primitiua Ecclesia succedente tempore facta est diuisio inter Clericos nascentis Ecclesiæ Regulares, & inter sęculares Clericos ab ea districtione relaxatos; ita inter Laicos nascentis Ecclesiæ facta est diuisio inter eos qui contemplationi & pœnitentiæ dediti erant, & inter eos quibus cōcessum erat vxorē ducere, & cętera sæcularia negocia exercere: Et sicut Clerici Sæculares cœperūt successiuè quo ad aliqua cum Laicis Sęcularibus communicare, videlicet habere propriū & testamentum condere, & huiusmodi, sic & laici Monaci cum Clericis regulariter viuentibus solitudinem quandam successiuè contraxerunt, sicut cōtemplationi & orationi vacare, & ab omni strepitu temporalium cessare. Dicebantur etiam tales Monaci cum primis illis Clericis, sicut contemplationi dediti, ita & Deo deuoti. sed laici Monaci propriè dicebantur conuersi. Dicebātur tamen ecclesiasticæ personæ quo ad Forum clericale, postquam emanauit tex. Ioā. huius nominis Papę octaui. 17.q.4. quare verberans tales incidit in canonem. extra. de sent. exc. non dubium: & licet conuersi dicantur Deo deuoti. 12.q.1.c.duo. non tamen tenentur continere: vt dicit glos. ibidem in versic. conuersi. Nam quidam talium profitentur, quidam non: Sicut Acolyti dicūtur Ecclesiasticæ personæ, & tamen non tenentur continere: quare possunt contrahere matrimonium legitimum: vt colligitur ex tex. Innoc. 2. in c. vt lex continentiæ. 27.q.1. Vbi immediate Clericis omnibus subnectuntur Regu. Cano. deinde Monaci atque conuersi professi. Glo. in versi. Regulares. ad differentiam Sæcularium Clericorum: & in versi. conuersi. sumit argumentum, ꝙ conuersi qui professi non fuerint: matrimoniū contrahere non vetantur. Ideo Monaci imitantes filios Prophetarum, & in solitudine manentes sicut Paulus primus Eremita: nō eo ipso quòd erant conuersi intelligebantur tria vota vouisse: sicut modo faciunt, qui sub regula Basilij & Benedicti. Et hæc est opinio Bar. Brixien.

Brixien. contra opinionem Ioannis Theutonici, vt notat. 2. Glo. in versi. conuersi. d. cap. vt lex continentiæ.

In primitiua ecclesia Clerici omnes regulariter uiuebant. Cap. 7.

CONfirmantur prædicta ex autentico testimonio B. Hieronymi ad quendam Leuitam de duobus generibus Christianorum, vt habetur in d. cap. Duo. Est autem (inquit) vnum genus quod mancipatum diuino officio & deditum contemplationi, & orationi: cui ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt Clerici, & Deo deuoti videlicet cõuersi. Cleros enim grecè, latinè sors, inde huiusmodi vocantur Clerici, idest sorte electi: omnes enim Deus in suos elegit. Hi nanque sunt reges idest sub regali & Leuitica tribu præfigurati (vt dictum est) se & alios in virtutibus regentes, & ita in Deum regnum habent ab institutione Romanæ ecclesiæ in signum regni quod in Christo expectatur, rasio vero à capite est temporalium omnium depositio. Capilli vero, vt dicit Glo. ibidem in ver. depositio, qui remanent, designant quòd aliqua debemus retinere ad sustentationem. Sequitur in tex. Illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes debent habere omnia communia. Aliud verò genus est Christianorum vt sunt laici, hęc ille. quòd vero Clerici primitiuę Ecclesiæ essent regulariter vouẽtes, patet ex cap. Scimus, & cap. Quia tua fraternitas. & cap. Dilectissimis. 12. quæst. 1. Et quòd B. & Magnus pater Augustin. hanc ipsam regulam in speciem & successiuè tenuerit: patet ex sermonibus de communi vita Clericorum, quorũ alter incipit Charitati vestrę, alter Propter quod, ex quibus decisas sententias Gratianus transumptiuè posuit ea. causa & q. c. Nolo. c. Nõ dicatis. c. Certe. Nota tamen quòd c. Non dicatis, colligitur ex text. regulæ ipsius patris Augustini. Cano. ergo regu. per institutionem B. August. à Leuitis in veteri tastamento & à Clericis primitiuis in nouo testamento originem traxere.

In quò differunt Canonici à Monacis. Cap. 8.

SVnt autem distincti ab inuicem Monaci, & Cano. Reg. sicut origine ita & officio, dicit enim Innoc. huius nominis pri-

mus. 16. q. 1. c. De monacis. De monacis (inquit) qui diu in monasterijs morātes, si postea ad Clericatus ordines videlicet, dispēsatiuè peruenerint, statuimus non debere eos à priori proposito discedere. Si ergo Monaco sicut Inno. diffinit à suo proposito discedere non licet, & sicut (Hiero. teste) Monacus non habet officium docentis, sed plangentis. Et iuxta B. Grego. sententiam, Nemo potest ecclesiasticis officijs deseruire, & in monastica Reg. ordinatè persistere: consequenter sicut officio ita & origine, distinguūtur ab inuicem Clerici Reg. & Monaci. Nam sicut Can. ordo ecclesiasticis officijs ritè deseruiens: & diuinis ministerijs dicatus, primus in ecclesia dicitur, qui continuatis successibus ab ipsis Leuitis, & ab ipsis apostolis eorumque successoribus apostolicis Clericis, & per Beat. Augusti. est propagatus: ita iuxta B. Ber. verbum in quadam apologia, Monasticus ordo primus esse videtur eo scilicet modo quo supra diximus, quantū ad monasticum propositum quod est plangentis officium, ab ipsis videlicet filijs prophetarū, & à primis figuratis Monacis propagatum. Alia est enim causa Monaci, & alia est causa Clerici, vt dicit Hiero. ad Heliodorum. Monaci pascuntur. Clerici pascunt.

In primitiua ecclesia Canonici deinde Monaci ante omnes ordines primi. *Cap. 9.*

AD prædictorum continuationem subnectimus verba magistri Io. de Nigra valle vbi supra. Quare (inquit) ordo monasticus primus est, qui in ecclesijs originem duxerit. Monaci enim à Clericis instituti in Aegypto ab Antonio: sed in Thebaide ab Hilarione, mirū in modum in solitudine aucti sunt, deinde à B. Basilio Cesareę episcopo in Grecia, licet in paruo numero aliqualiter regulari. In occidente postmodum à B. Benedicto reformationem simul & viuendi regulam susceperunt. Et licet aliqui ex ipsis Monacis per Papalem postea dispensationem ad Clericalem Ordinem assumpti, ad sacerdotium & in pontifices electi fuerint, non docendi tamen, sicut Cano. sed plangendi habentes officium: à prædicatione, & sacrorum administratione, sicut oues sub Clericorum officio, & subditi sub Canonica prælatione, abstinere iubentur. Hęc ille. Dicit enim Gratianus,

vt habetur 16.q.1. Hinc est.§.penultimo. Monacos vsque ad tẽpus Eusebij, Zozymi, Ciricij, Monacos simpliciter, & non Clericos fuisse Ecclesiastica testatur historia. Sed quid ait B.Greg.in c. ex auctoritate. 16.q.1. Monacis sacerdotibus figuram Apostolorum tenentibus. Intelligendum est sanè: non ex eo quod Monaci sunt, sed ex eo quòd eis accidit sacerdotium ex accidentali dispensatione. Aliud enim conuenit cuique ex eo quòd Monacus est, aliud ex eo quòd Clericus est. Ex eo autem quòd Monacus est: sua & aliorum peccata deflendi officium habet, ex eo verò quòd Clericus est: docendi & pascendi populum. Voluit ergo B.Hiero. distinguere inter personam Monaci, & Clerici: ostendens quid cuique ex proprio officio conueniat.

Quã utile sit cuique religiosè sui ordinis auctores intendere. Cap. 10.

HIc ergo secundum hanc considerationem (teste Roseto) vbi supra quisq; religiosus in suę religionis auctorem primos sanctos Ordinis intendere debet. Hi enim magis loquuntur quid desit in proposito suscepto. Alioquin patres vanè appellantur, si non attenduntur, si non imitantur. Sic ergo Benedictinenses in suum patrẽ Benedictum prospicere habent. Sic prædicatores in patrẽ Dominicum. Sic in patrem Franciscum Minores. Dicit enim B.Hierony. Habet vnumquodque propositum principes suos spectandos, scilicet & sectandos Ro. duces imitãtur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponunt sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem, Poetę imitantur Homerum, Vergilium, Terentium, Menãdrum. Historici Salustium, L. Florum, Heraclium, T. Liuium. Oratores Lysiam, Gracchũ, Demosthenem, Tullium. Et vt ad nostra tempora veniamus, episcopi, presbyteri, & Clerici, habeant ad exemplum apostolicos viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & eorum propositi Clericalis initium. Nos aũt de Monacis loquentes habemus monastici propositi nostri principes Paulos, Antonios, Hilariones, Macharios. Vtique illud monens Hiero. & sciens quàm singulariter efficiãt exempla congruentia vnicuique sancto proposito.

Quam laudabile est primorum parentum memoriam inscriptis redigere. Cap. 11.

HInc etiam vt ait magister Rosc. vbi supra, considerandum est quòd tantis studijs patres illi priores de ortu & origine ordinum fecerunt conscribi, deque illustribus ordinum viris libros, vt scilicet viua exempla ex proposito congrua haberēt subsequentes. Vt si quando dilapsi in auctores intuentes, rursus conformarentur eis. Est liber de Cartusię ortu & progressu. Sunt de illustribus uiris ferè singulorum ordinum & initijs libri multi. Habent Prædicatores, Minores & Carmelitę, de ortu & progressu suorum ordinum cronicas. Habent Eremitani triuium suum. Sed heus noster inter hæc ordo Cano. nunquid de origine & ortu eius lib. caret? Nusquam tamē certi quippiam de hoc inuenitur à nostris deductū, nisi forsan posterioribus hisce diebus; & quoniam aliud iam opus seorsum a nobis super his est elaboratum, nihil hic iam inde ageñ. nisi in genere hæc conclusio vnica est annotanda. scilicet quòd Cano. professionis disciplina sicut cæteras Christianę religionis obseruantias antiquitate simul & dignitate antecellit, ita etiam fęcunditate sanctorum & illustrium uirorum numerosa vbertate antecedit.

Origo Cano. Ordi. probatissimorum scriptorum auctoritate monstratur. Cap. 12.

DE ortu tamen eiusdem Can. ordinis Sigibertus in cronica sua, & Vincentius historialis sub compendio pauca descripsit in speculo suo. lib. 26. c. 51. vbi sic ad literam ait, Ordo Cano. qui primo ab Apostolis, postea ab Augu. regulariter fuit institutus, cępit florere in ecclesia S. Quintini Beluacēn. sub venerabili & S. Iuone eiusdem ecclesiæ præposito, & postea Carnoten. episcopo. Et in lib. 19. c. 44. dicit quòd Aug. scripsit regulam & institutionem pro Clericis Reg. qui etiam dicūtur Can. Reg. Hæc in summa refert d. Archi. Floren. in cronicis suis, & Auctor fasciculi temporum fol. 54. circa medium secundæ columnæ. Sed suprema Ro. Ponti. auctoritate hæc plenius habentur supra in elucidario præfatione 19. circa principium. Scripsit d. Ioā. de Nigra ualle. vt supra notauimus, & d. Rosetus scripsit & venera.

P.

P. Ioã. de Nig. val. vt ſupra in lib. prænotato. Scripſi denique ego inter Cano. minimus, vt poſteris relinquamus in lucem quod prius latebat in occulto, propter quod multum debemus aduerſarijs noſtris, qui euigilandi occaſionem dedere.

Clericalis ſtatus ſimpliciter dignior eſt monacali ſtatu. *Cap.* 13.

HIs itaque præmiſsis infertur veriſs. concluſio quę pro maxima habetur in iure, videlicet. Clericalis cętus eſt dignior omni cętu monacali. patet ex tex. B. Aug. & habetur 16. q. 1. c. legi, vbi dicit quòd bonus monacus vix facit bonum Clericum, & vocat ibi ſe Clericum & in numero Clerico. vnde in ſermone de communi vita clericor. dicit conclericos meos tales inueni quales optaui: indiſtinctè ergo loquitur Aug. in c. legi de omnibus. cleri. quando dicit de quorum numero nos ſumus. Hũc etiam tex. ad hoc inducit glo. fi. in c. qualiter & quando. 2. extra. de accu. facit ad hoc glo. in cap. ſi ſe cuiquam. in verſi. ſeparetur. 28. diſt. & ibi notatur quòd cętus cleri. præeminet cętui monacorum. Facit ad hoc tex. extra de conuer. coniu. cap. coniugatus: Idem dicit glo. fi. in cap. ſeriatim. 32. diſt. & extra de reg. cap. porrectum & ibi glo. fin. notat quòd dignior eſt clericatus quã monacatus. Idem habetur extra de. ſenten. excom. in 6. cap. religioſo, & ibi glo. in verſi. exhiberi. & Ioan. An. in regula delictũ. lib. 6. in mercuri. in 3. colum. vbi deciſiuè notat quòd clerici præferuntur monacis. Et cum dicitur Clerici, non excludũtur Clerici Regu. quia ſecũdum eum ſemper ſunt Clerici, & qui propter Reg. eorum ſtatum non debent eſſe deterioris conditionis præcipuè cum fuerint per B. Aug. reducti ad primęum apoſtolorum ſtatũ, in quo tria vouentes eſſentialia religionis in communi viuebãt vt infra patebit, propterea etiam dicuntur Clerici Cano. cap. in omnibus de conſe. diſt. 5. ex concilio Aquen. & archi. in c. mandamus. 19. q. 3. refert verba. S. Tho. quòd Can. Regu. per ſe & ex ſui natura competit quòd ſint Clerici. Idem dicit in lib. contra impu. rel. & venerabilis doc. Pariſien. Auctor Roſeti vbi ſupra ex præmiſsis concludit, & ex conſtitutione concilij Aquen. de dignitate Can. Ordi. expreſsè diffinit Canonicam inſtitutionem, cęteris dignitate pręſtare inſtitutionibus. Et antiqua regu. cleri. inſtituta habent, Sicut antiquitate ita & Clericatus dignitate Cano. or-

no.ordo ceteros antecedit.facit ad hoc cap.Monacus.16.quęst. vbi Hiero. dicit, Monacus non docentis, sed plangentis habet officium, & cap. Alia causa.& in cap. iuxta ibi Alex.2.prohibet Monacis Clericorum officia exercere, sicut prædicare & sacramenta populis ministrare,& in c. Quidam 18.q.2.Si fuerint Clerici subiaceant condemnationibus canonum,si aût Monaci vel laici,a communione suspendantur:nec glo.fin. tenetur, quia loquitur de Clericis inferioribus,qui si suo episcopo subiici noluerint,cano. damnationi subiaceant,sed Monaci cum laicis computantur in pęna excõmunicationis,quia inferiores sunt Clericis: ergo &cæt.

Nam Monacorum vita, sicut dicit magister Rose.vbi supra,licet sit commendabilis & eius conuersatio sanctißima,non tamẽ Monaci adæquandi sunt cano. vitę institutoribus & primis apostolicis clericis, & exinde per Aug.succeßiuè instauratis Canonicis Reg.rõne Clericatus & originis,qa videlicet Can.Clerici a Leuitis,& immediate ab apostolicis nascentis ecclesię Clericis, illi vero scilicet Monaci a filijs prophetarũ,& succeßiuè ab illis qui in desertis locis vitam ducebãt solitariam in fletu & planctu:iuxta illud quod habetur.16.q.1.c.Placuit,Monacus sit claustro suo contẽtus, quia sicut piscis sine aqua caret uita,ita sine monasterio monacus. Sedeat itaque solitarius & taceat, quia mundo mortuus est,Agnoscat nomen suum,monos enim grecè,latinè est vnus,achos grecè,latinè est tristis. Vnde dicitur monacus idest vnus tristis. Sedeat ergo tristis & officio suo vacet, hęc Euge. Papa huius nominis primus. Ad hoc etiam facit auctoritas Ioã. de Nigra ualle vbi supra continuando ad præmissa de ipso ordine Cano.sic ad literam prosequendo in hæc verba,dicens.

Canonicus ordo regimine & Clericali statu præcipuus est. Cap. 14.

REgimine insuper præcipuus in sancta ecclesia fuit ordo cano. Quippe q Ro. sedem per annos. 500. & 6. optimo iure obtinuerit,quinquaginta & quatuor summos Pontifices pro duxit: quos ego Io.cum Roma. ecclesiæ bibliothecarius existerem,& magna ex parte ab Anastasio Cardinali,cum & ipse eodẽ fungeretur officio,ex archiuis vsque ad sua tempora exactos repериens eos, qui post ipsum fuere,ex eisdem archiuis a Papa Formoso

moso & infra, una cũ Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & alijs.s. prælatis ex eodem ordine, multis perlustratis cronicis laboriosiss. collegi. Neque prætermittendum est, q̃ omnes ferè totius orbis Cathedrales Ecclesię, tam cum Archiepiscopatibus & episcopatibus, quam cum Can. & Clericis Reg. antiquitus can. erant, vt infra suo loco patebit, & supra in elucidario. Ex quibus nũc plurimè extant in Hispania, in Germania, in Anglia, atque aliquę in Italia, præter alia Can. Cęnobia, & Abbatias, præposituras, & prioratus, quę pęnè sunt innumerabilia. Hęc ille.

Canonici per solennem professionem efficiuntur essentialiter Clerici. Cap. 15.

SEquitur idem Io. vbi supra in hęc ver. Et propterea (inquit) hodie pont. omnes vt archiepiscopi & episcopi quando consecrantur, efficiuntur Clerici Regular. per solennem professionem, & accipiunt habitum, scilicet camisiam apostolicam in signum professionis, & in memoriam quòd olim tota ecclesia catholica, tam in patriarchalibus, quam archiepiscopalibus & episcopalibus: per ipsos Regu. Can. regebatur. Sequitur ibidem ex eodem auctore de habitu Clericali candido qui proprius est habitus Can. Regu. iuxta etiam notata per Io. Andr. in Clemen. 1. de elect. in ver. habitus.

Canonici Reg. proprius habitus est linea tunica qua principaliter profitentur. Cap. 16.

ISta (inquit) camisia siue collobiũ niueũ & albũ, quod propriè & essentialiter cõpetit Can. & Clericali statui, & habuit orginẽ in veteri testamẽto a Leuitis & sacerdotib. qui vtebantur Ephod lineo. Sed in nouo postmodum testamento a Christo domino & Sacerdote maximo, indeque ab apostolis talis habitus albus & lineus institutus & delatus fuit, sicut patet de ipsius Christi veste inconsutili, & desuper contexta per totum. Sicut etiam de vestimentis apostolorum Petri, & Pauli, Iacobi, Bartholomęi &c. patet & legitur: Qua ex re apostoli appellabantur a gentilibus viri dealbati. Vnde iuxta eorum institutiones, omnes Clerici Regu. qui apostolorum morè se & sua relinquentes, vt crucifixi mun-

mundo & Christi Crucem baiulãtes discipuli censeantur, talem inducere habitum iussi sunt. Nec mirum, quia quum Dei minister semper candidus, & purus, atque mundus in conscientia esse debet, & simplex vt columba in moribus, & vestimenta alba & candida ei iubentur deferri, iuxta illud quod scribitur, omni tempore vestimenta tua sint candida. Eccle.9. & vt legitur in scripturis. Angeli semper quasi in candidis vestimẽtis visi sunt ad designandum eos, qui ex clericali professione albo induuntur amictu, ex sancta couersatione angelos potius quam homines esse debere. Sicut Ezechielis.9.cap. dicitur de eo, qui in medio sex virorum atramentarium scriptoris habens ad renes, apparuerat ei, quòd erat vir indutus lineis. Et Danielis. 10. apparuit vir vestitus lineis &c. Et eiusdem.7. Vestimentum eius candidum sicut nix. Idem Ioan. de Nigra valle vbi supra.

Habitus lineus clericalis in veteri & nouo testamento est solemnizatus. Cap. 17.

EX eodem cronicarum epilogo idem Io. hoc ipsum ex noui testamenti auctoritaribus probat dicens, quia angelo q apparuit Mariç Magdalenç ad Monumẽtum Domini. Matthçi vlt. dicitur, quòd vestimentum erat album sicut nix. Et Marci vlt. dicitur, ꝙ ibi erat iuuenis sedens indutus stola candida. Et Io. 20. dicitur, ꝙ Maria Magdalena vidit duos Angelos in albis sedentes. Et actuum. 1. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: & act. 10. Ecce vir stetit corã me in veste candi. Habitus quidem albus pertinet ad perfectos: & ad illos qui ita per terrenorũ contemptum ad ea quç sursum sunt, eleuati sunt, vt sint quasi in cçlis per beatitudinẽ glorificati. Quare Dominus noster Iesus Christus glorificatus in monte, vestimenta candida legitur habuisse sicut niuem. Marci.9. & Apoc.3. ambulabunt mecum in albis, & c.4. & 7. amicti stolis albis. & tren.4.c. Candidiores niue, nitidiores lacte facti sunt nazarçi eius &c. Iste est habitus conuenientior his, qui in sortem ac seruitium domini assumuntur. Habitus inquam a Deo ex ipsius ore sanctissimo suis ministris adinuentus & ordinatus perhibetur. Exo.29. ait Dominus ad Moysem, indues tunicis lineis Aaron & liberos eius.

Explicit prima pars principalis.

SECVN-

SECVNDA PARS PRINCIPALIS

QVOD CANONICI REGV. PRIMARIA EORVM INSTITVTIONE SVNT ESSENTIALITER CLERICI.

CAPVT I.



ANONICI Regulares propriè & primaria eorum institutione Clerici sunt: nec aliter esse possunt, nisi essentialiter Clerici. Hæc conclusio multiplici auctoritate probatur.

PRIMO auctoritate Gratiani, q auctor & compilator Decretorũ, quique & Monacus fuit. Nam in causa 11. proponit quæstionem sic dicens. Duo Clerici ad monasterium trãsire volunt, vterque ab episcopo suo licentiam petiit. Vnus relicta ecclesia propria eo inuito, alter dimissa Reg. Canonica cenobio se contulit, inde subnectit in 3.q. Quid si illi duo Clerici fuissent Clerici.i.Regulares Canon.q.d. etiam per Clericos generaliter dictos includuntur regulares, q & ipsi sunt Clerici, nec aliter possunt esse nisi Clerici: sed non sic de Monacis, qui ex primaria eorũ institutione vt Monaci sunt: olim erant absque Clericatu, vt dicit Abbas. & habetur dist. 93. à subdiacono. glo. in ver. Abbas, loquitur secundum ea tempora quando Monaci non erant Clerici. Canonici autem Regulares a primeua eorum fundatione, & continuatis successibus ab apostolis & per Aug. instituti, semper Clerici fuerunt. Vnde concludit Gratianus in 3.q. vbi quesierat, quid si duo Clerici qui ad monasterium transire, voluerint, contigerit ipsos Regul. Can. fuisse, & tandem cõcludit idem Gratianus, ex tex. conci. Educn. & Vrbani. 2. simpliciter & absolutè, quòd Reg. Can. fieri Monaci non debeant. Et hoc secundum Doct. factum fuit in fauorem Can. ordinis, cui per se.i.ex primaria sui institutione competit Clericatus. De hac materia tractans S. Thom. secunda secundę. quęst. vlt. hoc idem dicit.

SECVNDO idem patet ex tex. Tarraconen. Concilij in causa. 15. q. 2. Obseruan. Ibi enim dicitur, ne quis sacerdotum, vel Clericorum more Sęcularium iudicum pro impensis patrocinijs munera audeat accipere, vel debeat aduocare, vbi Gratianus exponit. Hoc autem (inquit) intelligitur de Clericis, qui in uita Canonica professi, Regulariter se victuros proposuerunt, nec aliter intelligendum est, quã de Clericis regulariter profes. quia de sęcularibus Clericis hoc non prohibetur in iure. Et addit idẽ Gratianus. Generali nanque ecclesiæ consuetudine receptum est & moribus approbatum, vt Clerici more aduocatorum pro impẽsis patrocinijs munera accipiant, & Tarraconen. ecclesia illa in qua fuit celebratum Concilium illud: erat sicut nunc Can. Reg. & tamen tex. ille eos duntaxat sacerdotes, vel Clericos nominat: qui ob regularem professionem, cum sint strictè religiosi, propriè tamen, & omnino sunt Clerici.

TERTIO ex cap. decimas. 16. q. 1. in tex. prohibetur decimas à Clericis communiter viuentibus exigi. Sed in Rubrica simpliciter dicitur, quòd de proprijs laboribus Monaci, & Canonici decimas minimè soluere cogãtur. Et in tex. dicitur, Cæterum à Monacis, siue Clericis communiter viuentibus. Ecce, quia tex. nominat Clericos communiter viuentes: quos in Rubrica per terminos contrahentes Canonicos specificat. Ergo Clerici cõmuniter viuentes simpliciter intelliguntur Cano. Reg. & glos. dicit, Ecce, quia aliud est priuilegium quod habent Clerici communiter viuentes, quàm habent Clerici separatim viuentes: nec aliter intelligi potest quàm de Cano. Reg. qui & Clerici sunt. Et est tex. Paschalis 2. qui sub nomine Clericorum approbauit constitutiones, quas edidit Petrus Damiani pro Can. Reg. in canonica Portuen. apud Rauennam existentibus, & vsq; impræsentiarũ continuatis successibus sub regulari eiusdem ordinis obseruantia vigent & diutissimè viguerunt. Fuit autem Venerabilis vir ille eiusdem Canonicę fundator & primus Prior. Et ibi antiquissima sunt priuilegia tam Imperatorum quàm Ro. Pont. eisdem Can. Reg. concessa. Et not. quòd in superscriptione d. cap. Decimas, quidam codices habẽt Paschalem 4. quod est falsum, quia non fuerunt nisi duo Pont. huius noĩs Paschalis, qui pauloante Euge. I I. fuit, ipse vero Euge. approbauit li. Decretorum.

QVARTO per illud quod habetur ex Concilio Maguntino, & ex Conci-

Concilio Ro.celebrato sub Leone 4.tempore Ludouici Caroli Magni filij, vt habetur. cap.In omnibus, de conse.distinct. 5.vbi dicitur. Igitur quantum humana fragilitas patitur, decernimus vt Canonici Clerici Canonice viuant, obseruantes diuinę scripturę doctrinam. Et glo.ibi dicit in versi.clerici.Can.i. Canonici Reg. Tale autem Concilium tēpore Caroli magni apud Aquas Grani celebratum, ipsa eadem disposuit circa reformationem ecclesię, anno Domini Octogentesimo Sextodecimo, & ibidē editus est liber, qui dicitur Canonicus quinque capitulorum, & ibi plurima condita fuerūt ad reformationem clericorum vt viuerent in communi secundum Canones apostolorum, & secūdum normam Augustini cū suis Clericis. Cui libro inserti sunt sermones B.Aug.de communi vita clericorum, & sunt sermones tres, primus incipit Charitati vestrę, secundus, Propter quod, tertius est ipsa regula, quæ incipit, Ante omnia fratres. Et liber ille in eo Concilio approbatus, ideo dicitur Canonicus liber, qui propriè continet clericorum vitam Canonicam, ex quo decisè Gratianus transtulit tex.d.cap.in omnibus.

Qvinto idem patet ex cap.præter.22.dist. ibi dicitur, Præcipientes statuimus vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessorib.nostris obedientes castitatē seruauerint, iuxta ecclesiam sicut oportet religiosos clericos simul manducent, & dormiant. Et quicquid ab ecclesijs eis competit hoc communiter habeāt. Nota in ver.religiosos clericos, ad differentiam Sęcularium Clericorum qui hoc non seruant. Nam secundum docto.Canonia est ius spirituale, qđ nō cadit nisi in Can.clericos, vt habetur in.c. 2.de institu.sed magis propriè in Clericis communiter viuentibus. Canonia enim secundum Io.An.c.2.de renun.est spiritualis fraternitas in choro in stallo &c.Et de hoc plenè per Doct.in cap.relatum. de preben. Sed Canonia primaria fuit institutione fuit in Can.Reg. Vide tex.in c. sicut nobis. extra de regul. Vbi ēt eorum locum vocat Canonicam.

Sexto idem probatur ex cap.Pręsens clericus.20.q.3. Vbi Nicolaus Papa huius nominis primus in fine cap.dicit.Can.Religiosos non putamus a consortio Monacorum seiunctos. Glos.ibidem, quod per Can. religiosos Can. Reg.intelligūtur. Sed quod dignius Epitheton dari potest, quam dicere Can.religiosos? Sicut in Concilio Tiburien si dicitur in loco religiosorum Ca-

nonicorum,& habetur 13.quęst.2.vbicunque. Sic etiam simpliciter Canonici nominantur in iure, vt habetur in cap. sunt nõnulli. 16.q.1. Vbi Bonifacius Papa prohibet Monacis ne se immiscеant negotijs sæcularibus. Et subdit in tex.nõ solum Monacis, sed etiam Canonicis magnopere imperatur.glo.de Can. Regu. exponit.Canonici ergo Reg.& Canonici simpliciter, & quãdoque Clerici simpliciter nominantur, quia semper & non aliter esse possunt nisi Clerici,quibus propter regularem professionẽ additur regulares,quia regularis esse non potest nisi tria substantialia religionis profiteatur, secundum Doctor. in Rubr.de reg.

SEPTIMO ex cap.quando necessitas disciplinę. 86. distinct. Ibi in superscriptione.cap.allegatur Augu.t.de vita cler.& est text.regulę videlicet ad Regu.Cano.quorum erat episcopus. Cano. ergo sunt Clerici,quibus regula ex primęua eorum institutione cõpetit,cum ibi dicatur ex subiecto regulę,de communi vit.cleri. & non possunt esse nisi Clerici,& eorum loca per antiqua iura dicuntur Canonicę seu Canonię. Vnde Vrbanus Papa in c. eos qui. 1.qu. 5.dicit in Canonijs,vel monasterijs regulariter viuat. Licet enim Monasterium largè sumatur tam pro Cano. quam pro Monacis:strictè tamen monasterium competit Monacis,& Canonia seu Canonica Regularibus Cano.

OCTAVO per illud quod pulchrè notat Abbas in c.bone.de postu. præla.quòd Canonicus nihil aliud est quam fraternus Clericus, vel Clericus in fraternitate Can.cõstitutus. Hęc aũt nomina sunt cõsequentia rerum, quando omnes ferè Clerici in cõmuni regulariter viuebant. Sic ergo Cano. regulares sunt Clerici,quia si Canonicus non est nisi vbi sit Canonica fraternitas Clericalis, & Monacus non est,nisi vbi est fraternitas Monacalis: ita ex quo quis est canonicus,necessario est clericus, in clericali fraternitate constitutus, & Monacus est necessario Monacus, ex quo in Monacali fraternitate constitutus,& Frater Minor,ex quo est in fraternitate minorum cõstitutus,& sic de singulis, iuxta cuiuscũque propriam ordinis rationem,& hoc est propriè dicere,quod Canonicis per se competit vt sint Clerici, sicut Monacis per se, & primaria eorum institutione competit,vt sint Monaci in solitudine constituti.

NONO per illud quod habetur in c. non dicatis. 12.q.1. Ibi text. est regulę Aug.cum.c.nolo. & in superscriptione Capitulorum alle-

lega-

legatur Aug. de communivita clericorũ, quod nihil aliud est dicere, quàm de communi, & Canonica fraternitate Clericali. Quia regula Aug. in primaria sui institutione fuit, & est pro Clericis regulariter uiuentibus inscripta. Idem notatur in c. Si quis irascitur. 13. q. 2. & 17. q. vlt. c. Quicunque vult. & ibi allegatur Augusti. de communi vita clericorum. Canonicis ergo Regu. sicut per se competit Regula de communi vita clericorum, ita ex primęua eorum institutione per se competit vt sint Clerici.

DECIMO per illud item notat Abb. in c. licet. de off. ord. quòd Clerici inquantum communes sunt, propriè Clerici sunt, inquantum verò proprium habent, sunt Seculares, quia ratione proprij non dicuntur portio Dei, nec imitantur Apostolos, quibus erãt omnia communia, vt habetur in cap. Cui portio. 12. q. 1. & cap. Clericus. & c. vlti. Vbi aduertendum est etiam secundum Doct. quòd ius Canonię consistit in quadam spiritualitate, quæ non cadit in laicum, vt in c. causam. de præscrip. & cap. Monaci. extra de elect. Et hæc ratio est secundum Panor. & Doct. quòd nullus laicus potest Canonicari, licet bene posit prębendari, quia præbenda consistit in quadam temporalitate, vt in cap. cum M. de const. & idem Abbas in cap. statuimus. de maio. & obed. notat, quòd sicut qui est homo, est necessario animal, ita ex quo quis est Canonicus, est necessario Clericus, sed Monacus esse potest licet non sit Clericus, quia ius Monaci cadit in laicũ, sed non ius Canonici. Et idem Abb. hoc ipsum notat in c. 2. de inst. & per Glo. ibidem. quinimo idem Abbas in c. nullus. de foro compe. dicit, quòd Monaci erant primo eremitę, & erant sub foro Sæculari, quando nec professionem emittebant, nec Clerici erant, quia vt idem notat, & supra ostensum est, quòd Monaci vt monaci non sunt Clerici. Sed Cano. Reg. vt Canonici sunt Clerici, & non possunt esse nisi clerici. Ideo Can. Regu. Lateranen. ex eorum constitutionibus habẽt, quòd nullus eorum sit capax legitimi actus, vt mitti posit ad Capitulum generale, nisi in sacris sit constitutus, vt videlicet quòd steterit saltem per quinque annos Canonicus in congregatione.

VNDECIMO per illud quod notat glos. in c. nolo. & c. certe. quia Aug. fecerat tres Cõstitutiones pro Clericis. prima quòd Clerici non possent habere proprium, sed illa male seruabatur, ideo secundam reuocauit, ut patet in dict. c. Certè. & est text. sermonis

de

de communi vita clericorum, sed tertio de communi consensu suorum Clericorum confirmauit primam, vt colligitur ex tex.c. nolo. Et semper Augu. in dictis sermonibus se, & suos Canonicos simpliciter Clericos, vel conclericos appellat. Cum vero tales Clerici sic viuentes, & Apostolicis regulis obsequentes sint, consequenter sunt omnino clerici, quia eorum religio non adimit eis Clericatus dignitatem. Dicit enim Clemens Papa scribens Clericis Hierosolymitanis in communi uiuentibus vt habetur in ca. dilectissimis. 12.q.1. in fin. præcipimus ne ab apostolicis regulis nullatenus discedatis, Et ibi Glo. fin. & dominus Io. de Beleth, de clericis inquit, qui proprijs renuntiarunt, singulariter exponit.

DVODECIMO patet ex doctrina S. Tho. in lib. contra impugnan. relig. vbi ad litteram dicit. Voluit Hiero. in cap. Monacus. & cap. alia causa. 16.q.1. distinguere inter personam Monaci, & personam Clerici, ostendens quid cuique ex proprio officio competat. Aliud enim conuenit cuique ex eo quòd Monacus est, aliud ex eo quòd Clericus est. Et dato quòd Monaco docere non liceat, non tamen sequitur quòd Canonicis Reg. non liceat docere, cum Canonici Regu. inter Clericos computentur. Et statim infert idem Doc. probationem eius quod dicit ibidem, de quibus scilicet Canonicis Aug. in sermone de communi vita clericorum, & habetur. 12.q.1.c. nemo. qui habuerit proprium, vel habere voluerit, & de proprio viuere, parum est vt dicam nō mecum manebit, sed nec Clericus erit. Ex quo patet, vt dicit Thom. ibidē, quod illi q sub B. Aug. sine proprio viuebant inter Clericos computabātur. Et statim subnectit Tho. quamuis autē Aug. reuocauerit hoc generale interdictum quod fecerat, vt nullus Clericus esset nisi sine proprio uiueret, non tamen reuocauit qn illi qui sine proprio sub eo viuebant Clerici essent. vt patet per d. cap. certè. Ex quibus idem Thom. infert, quòd Canonici Regu. ipsi idem Clerici Regulares sunt quos instituit Aug. Et sequitur idem Doc. vbi supra. quod autem obiicitur quòd Can. Regu. & Monaci ad paria censeantur vt dicit tex.c. ex parte. extra de postu. Intelligendum est inquit in illis quæ sunt communia omni religioni, sicut viuere sine proprio, abstinere à negotijs Secularibus, & ab officio aduocandi in causis & huiusmdi. Et aduertendum, ꝙ S. Tho. cum hoc idem diffiniat, secunda secundę. q. vlt. ꝙ Canonicis

nonicis Regu. per se competit vt sint clerici: indistinctè loquitur de quibuscunque Canonicis Regu. Non autem de Canoni. collegiatis non professis: vt quidam non minus imperitè quàm iniquè loquuntur. Certum est enim quod Canonicis non professis libere & simpliciter ipso iure conceditur transitus ad Monacos. 19. q. 2. c. duæ sunt leges. Non autem Canonicis Regul. hoc absolutè cõceditur: vt in c. nullus. & c. mandamus. & c. statuimus. 19. q. 3. & c. sanè. & c. licet. extra. de reg.


TERTIODECIMO per illud quod dicit Gratianus. ca. hinc est. 16. q. 1. Licet alicui Monacorum ex priuilegio hoc concessum sit vt possit esse Clericus: non tamen quod vni singulari cõceditur statim omnibus conuenit: cum ergo Canonici sint propriè ex natura sui ordinis Clerici: Monaci autem clerici non sint nisi ex accidenti: consequẽter cõcluditur quod non à priori institutione Clerici sint: nec Canonicis sint præferendi, licet nunc habeant Monaci per accidens, quod prius per se & ex sui natura habent Canonici Regularis.

QVARTODECIMO per illud quod dicit idem Gratianus in d. cap. hinc est. Voluit ergo Hierony. distinguere inter personam Monaci & Clerici, ostendens quid cuique ex proprio officio conueniat. Aliud enim conuenit cuique ex eo quòd Monacus est, & aliud ex eo quòd Clericus est. Ex eo quod Monacus est, sua & aliorum peccata deflendi officium habet, ex eo quòd Clericus est docendi, & pascendi populum. Sicut enim beatus Benedictus nõ fuit sacerdos, nec Equitius, nec Macharius, nec B. Antonius, nec Hilarion, & alij huiusmodi, nec Clerici, & ita per longissima tempora perseuerarunt, vt Ecclesiastica testatur historia. Idem etiam Hiero. refert Monacos Scythię conuenisse in vnum vt sacerdotem sibi inuenirent, qui eis missarum solennia celebraret, colligitur ex his, quòd Canonicus ordo de natura sui duo complectitur, clericatum videlicet, & regularem statum, quæ duo à primordijs nascentis Ecclesiæ essentialiter competunt ipsi Can. ordini, ita vt vno eorum deficiente nõ erit amplius Ordo Can. Sicut exempli gratia, subtracta homini altera istarum differentiarum Rationale, vel Mortale, non erit amplius homo, naturaliter loquendo, & sicut duo ista per se, & essentialiter competũt homini, ita & duo illa per se, & essentialiter Cano. ordini competunt, non autem Monastico ordini nisi per accidens ista duo

con-


conueniunt, quia ex priori eorum institutione nec tria vota pro fitebantur, nec Clerici erant nisi per accidens. Monasticus ordo de natura sui hoc ipsum duntaxat complectitur, quod Euge. Papa huius nominis primus dicit in cap. placuit. 16.q.1. vt claustro suo contentus sit, quia sicut piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio Monacus. Sedeat itaque solitarius & taceat, quia mundo mortuus est. Agnoscat nomen suum, Monos enim grecè latinè est vnus achos grecè latinè est tristis. vnde dicitur Monacus, idest vnus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet, hæc ille. Tenet autem omnis schola tam Platonicorum quam Peripateticorum, & Theologorum omnium, Quod est per se, vel per essentiam tale, semper est prius & dignius eo quod est per accidens, & per quandam participationem tale. Monaci ergo licet nunc habeant quod habent Cano. non tamen sunt Canonicis Regularibus præferendi, patet ex præmissis.

Explicit secunda pars principalis.



TER-

TERTIA PARS PRINCIPALIS
DE CONTINVATO ET SPECIFICO NOMINE CANON. REGVLAR.



Canonici Regulares in iure Clerici propriè nominantur. *Caput primum.*



VM Itaque Canonici Regul. primi inter Ecclesiasticas personas fuerint semper & sint, nō immerito Clericorum nomine in scripturis antiquis etiam in toto corpore iuris multis locis designantur. Verum vt colligitur ex Cronica Io. de Nigra valle qui olim fuit Bibliothecarius Apostolicus lib. 13. cap. 18. Canonicis inquit regul. in primitiua ecclesia Clericorum nomen ab Apostolis inditum fuit. Primo eo quòd per terrenorū renuntiationem, & Ecclesiasticorum officiorum assumptionē, in sortem Domini fuerant assumpti. Quod etiam patet 12. q. 1. in multis locis & capitulis & c. cleros. 21. dist. & supra plenè ostēsum est in Elucidario in tractatu præfationum. Et sequitur in d. cronica. Ideo ipsi Regulares Canonici dicuntur clerici primitiuę ecclesiæ. Clerici verò, vel Canonici Sæculares dicuntur quidem clerici, sed deriuatiuè, quia ab ipsis primis Clericis regulariter viuentibus originem traxerunt. Regulares vero cano. primitiuam illam & clericalem communitatem retinent. Monaci autem & alij religiosi qui post Concilium generale fuerunt instituti & approbati, facti sunt clerici dispensatiuè. Quia presbyteri nominantur aliquando.

Canon. Regular. in sermonibus patris Augustini appellantur Clerici. *Cap. 2.*

BEatus magnus pater Augu. in sermonibus de communi vita clericorum quosdam suos conclericos presbyteros nominat.

minat. Et Inno. III. in cap. significasti. el 2. extra de homi. & alibi multis in locis. Iura quandoque ipsos Regulares cano. presbyteros nominãt: & à vulgo sępissime, & in cronicis presbyteri vocari consueuerunt. Et hoc triplici ratione, vt probat idem Ioan. de Nigra valle. Primo quidem, quia originaliter in eis & principaliter viguit presbyteralis à Christo & ab Apostolis institutus ordo. Sicut etiam Roma propriè & principaliter dicitur vrbs, licet alię ciuitates, impropriè tamen, vrbes appellentur. Secundo à digniori vocabulo, cum vniuersaliter Regulares Cano. ad presbyterium destinentur, cum cõmuniter ipsi sint presbyteri & sacerdotes. Tertio dicũtur presbyteri ab officio prædicationis, quod communissimè faciunt ad differentiam Monacorum, quia & prædicatio propriè post episcopos pertinet ad presbyteros & sacerdotes, & frequentius fuit hoc obseruatum in ecclesia præsertim antequam pullularent quattuor mendicantium ordines, qui approbationis suę initium meruerunt ab Honorio. 3. circa annos Domini Mccxxj.

Canon. Regul. licet appellatione Monacorum aliquando ueniant, non tamen propriè & strictè, sed largè. Cap. 3.

CAnonici Regula. licet impropriè, quandoque tamen Monaci largè appellantur, vt in cap. post translationem. extra de renun. vbi text. Canonicos S. Fidriani monacos nuncupat, cum hoc etiam termino monacali, & monastica vita, & ocium monacale. Et tamen constat ex antiquissimis illius ecclesiæ annalibus sine interpollatione ibidem semper continuasse Regulares canonicos. Hinc est quòd ęquiuocè scriptores quandoque posuerunt pontifices fuisse Monacos, qui certissima tamen veritate Canonici fuerunt. Ratio autem huiusmodi Monacalis nominationis in canonicis fuit primo secundum eundem Io. de Nigra ual. propter hoc quod Monasteria inhabitant in communi. Primitus enim Monaci solitarij, & separatim habitabant. At ubi in unitate uiuere ceperunt, cęnobitę appellati sunt. Vnde sicut Monasterium ab unitate dicitur, sic & canonici monaci appellantur, impropriè tamen, quasi per communem uitam simul uniti. Et propterea quandoque etiam alij religiosi monasteria inhabitantes Monaci uulgo appellantur, licet propriè non sint

Mo-

Monaci. Dicti sunt etiam quandoque Monaci à uita solitaria quam ipsi canonici extra vrbes multotiens eligunt. Et multis ppterea in locis ipsi Regulares Can. quandoque canonici simpliciter, quandoque canonici religiosi, quandoque clerici, quandoque presbyteri, quandoque uero Monaci uulgo appellantur. Sicut etiam uulgo de cunctis religiosis dici solet in Apulia.

Quare Cano. etiam Regu. dicuntur cum sit idem in re. *Cap.* 4.

CVm autem quæritur quare Canonici appellentur etiam Regulares, cum solum Canonici hoc idem sonet? Ad hoc dicendum secundum præfatum Io. de Nigra ualle ubi supra, ꝙ deficiente feruore caritatis inter Christi ministros, quidam clerici siue canonici defecerunt in primis in uitę perfectione, & relicta professione solenni, cęperunt cum dispensatione priuatim uiuere & proprium habere, quorum postmodum numerus per incrementa temporum fuit amplissimus, præsertim in ecclesiis Cathedralibus quæ à regulari obseruantia deuiarunt. Vnde summi Pont. in sacris Concilijs ordinarunt, ut ad differentiam istorum, Clerici illi qui sub Apostolica professione regularem uitā seruarent, non Canonici simpliciter siue Clerici, sed Clerici Canonici uel Regulares Canonici dicerentur. Et ita in sacris Canonibus Is nominandi modus paulatim inoleuit ab ipsa regulari Apostolicę regulę professiōne, & obseruātia tractus. Hinc Reuerendus D. Præpositus postea Cardinalis Alexandrinus in suo Decretorum apparatu in cap. 1. dist. 43. notat distinctionem ab ipsa primitiua ecclesia deriuasse, secundum triplex Clericorum genus, quod paulatim, & successiuè excreuit in Ecclesia. Primū uidelicet genus eorum, qui Clerici Sęculares dicuntur, propriū habentes, & separatim uiuentes. Aliud uero genus est Clericorum qui proprium habent, nec profitentur, sed collegiatim uiuunt. Et hi dicuntur Clerici collegiati. Tertium uero genus est eorum qui primitiuum, & apostolicum uiuendi modum retinent in communi uiuentes, & tria profitentur religionis essentialia. Et hi propriè dicuntur Clerici Regulares in communi uiuentes, ut est tex. in cap. decimas. 16. q. 1. iuncta Glos. & cap. in omnibus. de conse. dist. 5. & Glo. ibi in uer. clerici canonici ex-

ponit de Canonicis Regularibus. Nec obstat quod vbi supra dicit Præpositus quòd tale nomen Regulares Clerici in primitiua Ecclesia non esset in vsu, quia ad hoc dicendum, quòd si in primitiua Ecclesia Clerici tria uouebāt religionis essentialia, ergo ex consequenti à diffinitione ad diffinitū Regulares Clerici erāt, quia sicut non valet, in primitiua Ecclesia nomen Christianorū non erat in vsu, vt notat Gl. in c. sacrosancta ecclesia. 22. dist. ergo Christiani non erant: Sic in proposito, non valet secundū ipsum Prępositum, Regularium clericorū nomen non erat in vsu, ergo Regulares clerici non erant: Quod est falsum, vt præmissum est.

Omnes Cano. Regu. siue sint cathedralis ecclesiæ, siue non, vnius & eiusdem sunt rationis & ordinis. Cap. 5.

TAles erant Clerici Aug. & Clerici Exomensis ecclesiæ, qui sub Didaco episcopo fuerunt instituti. Horum autem Subprior fuit olim B. Dominicus, qui non Canonicus collegiatus, aut non professus, sed Regularis Canonicus, & regulariter professus B. Aug. regulam. Dicit enim Archiepiscopus Flo. in sua cronica par. 3. ti. 23. c. 4. §. j. post principium. de B. Dominico sic. Cūque honestatis eius late patens præconium Exomensis episcopi Didaci attigisset auditum, percunctata diligentius ueritate atque comperta, continuo accersitum fecit eum in sua Ecclesia canonicum regularem, qui statim inter Canonicos, velut singulare Iubar emicuit, de virtute in virtutē mira celeritate progrediēs. Et infra. Ipse suis monitis & exemplis suam Ecclesiam cathedralem ex Canonicis Sæcularibus cum licentia sedis Apostolicæ mutauit in Canonicos Regulares, quorū Subprior fuit Beatus Dominicus. Hæc ille. Fuit ergo Beatus Dominicus Canonicus Regularis, idest professus secūdum Beati Augustini Regulam in Ecclesia Exomēsi plusquam triginta Annis, refert Auctor Rosseti, folio vigesimoquinto, columna quarta. Ex quibus colligitur, quod omnes Canonici Regulares, siue cathedrales sint, siue nō, vnius tamen & eiusdem Ordinis sunt. Quia vbi est eadem ratio habitus & professionis, ibi est eadem iuris dispositio. Sed nō nulli iniquitatis filij, discordię amatores pótius amaritudinis liuore succensi hoc negant. Verum ad eorum confutationem

hoc

hoc probari potest etiam per aniquissima iura.

PRIMO quidem ex cap. innotuit.de elect.vbi in tex.ponitur Prior & conuentus. Et supra eodem. in cap. cum Vuithoniensis ponitur Prior,& in Glo.fit mentio de illius ecclesiæ conuentu,qui elegit Episcopum,& erant Regulares Cano. ecclesiæ cathedralis,qa Seculares Canon. Priore, & conuentu carent. Patet id ex regist. Inno.III. anno pont.eiusdem 3.Et Io. And.in d.c.innotuit, diffinit quòd in d.ecclesia cathedrali erant Regulares Cano. ergo per Canonicos Regula. intelliguntur tam cathedrales,quàm non cathedrales cũ eiusdem ordinis sint & professionis.

SECVNDO patet ex constitutionibus Regularium Canoni.per Benedictum.12.approbatis,vbi omnes Canonicos Regul. tam cathedrales quam non cathedrales indifferenter sub vno Capituli generalis celebrandi gremio comprehendit, ex quo vna & eadem ratio professionis regularis & habitus extat in vtrisque, quamuis in habitu superiori qui nõ est de essentia ordinis sit aliqualis accidentalis differentia,quæ non mutat speciem, modo in habitu lineo & regulari professione non discrepent.

TERTIO patet per capitulum, cum causam.de elec.& est text.Inno.III.à quo manauit prohibitio.c.ne nimia: extra de relig.domi.ne de cętero noua fiat religio.in ipso ergo tex.cap. cum causam,fit mentio sub simplici nominatione de Canonicis & Clericis,& tamen vna in vtrisq; est dispositio iuris,cum una vtrisque sit professionis ratio tam in cathedralibus quam non cathedralibus:patet ex ipso tex.vbi expresse fit mẽtio de ecclesia S. Petri de Luca foris portam,vbi Papa strictè mandat,vt Prior illius ecclesiæ non professus electus contra antiquam,& longęuam cõsuetudinem,vel renuntiet prioratui,vel secundum pristinam consuetudinem expresse profiteatur B.Aug.regulam,ibidem ex immemorabilis initij longęuo vsu constitutam. Canonici ergo regu.sunt Clerici Regu. vnius,& eiusdem ordinis cum cathedralibus,modo sint regulariter professi.

QVARTO patet id ex Glos. in cle.2. quæ incipit Dispendiosam. de iudicijs.in ver.de Beneficijs.dicit enim quod appellatione canonicatus venit etiam Regularis Canonicatus. Et hoc idẽ sentit Cardinalis Zabarel. Item probari hoc potest ex c. cum terra. extra de elect.vbi etiam colligitur quòd erant ibi Canonici Regulares. Et ibi tex.iuncta Glos. commemorat conuentum, qui nõ

solet

ſolet nominari niſi in Regularibus Canonicis, & eſt Eccleſiæ cathedralis.

QVINTO habetur in cap.dilecti.extra de iudi. Vbi dicitur Prior & Clerici de Guiſeburgen. ſed prior in Clericis Sæcularibus nõ habetur,niſi in Regularibus Cano. Et de illo Priore, & Clericis fit etiam mentio in c.primo.de eo qui mitti.in poſſ.cauſa rei ſer. & tamen ibidem dicitur Canonicos ſimpliciter, & in ſuperſcriptione.c.dicitur: Priori & fratribus de Guiſeburgen. qui tamen erant Regulares Canonici. Et ibi notat Panor.quòd aliquando appellatione fratrum ueniunt Canonici,ſicut & nonnunquam Monaci. Item in ca.1.de appel.dicitur Prior & Clerici. Stultum enim & abſurdum eſſet appellare Regulares illos Canonicos clericos,ſi non fuiſſent clerici,ſed nec Sæculares Clerici Priorẽ uel Subpriorem habent. Similiter canonicos eos nominare, ſi Regulares canonici non fuiſſent. Ex eo quòd eccleſia illa habebat Priorem,& conuentum,ergo canonici & clerici ſunt.

SEXTO patet ex tex.c.in cauſis.extra de elect.vbi fit mentio de Canonicis ſimpliciter. Sed eccleſiam Tholoſanam Regulariũ canonicorum à primaria ſui inſtitutione fuiſſe ſemper conſtat. Et ibi fit mentio de priore & ſaniore parte capituli,& ex Regiſt. Innocen.III.

SEPTIMO idem patet ex tex.c.præterea.extra de pręb.Vbi etiam fit mentio de Archidiacono Eccleſiæ Toloſanę, vbi etiam dicitur,quòd erat regulariter profeſſus,& Gloſa declarat ibi de Regulari Canonico,qui poteſt fieri Archidiaconus in Eccleſijs cathedralibus. Sed cui dubiũ eſt quod omnes Archidiaconi eccleſiarum præferendi ſint omnibus Monacis, cum tales non poſſint eſſe niſi Clerici?& Canonici cum ſint naturaliter Clerici poſſunt eſſe Archidiaconi,ſed quod in Regularibus Canonicis tam cathedralibus quàm nõ cathedralibus vna & eadem ſit profeſsionis ratio,ſequitur etiam quòd in illis ſit vna, & eadem iuris diſpoſitio. patet in §§.proximè ſequentibus.

OCTAVO patet ex c.cum ſuper elect. extra de cauſa poſſ. & propriè.Scribitur canonicis de Betleem,& tamen erant cathedrales & Regulares,vt patet ex Regiſtro Inno.3.& hoc idem confirmat d.Iacobus de Vitri.Cardinalis,& Canonicus Regul. qui tempore Inno.III. fuit legatus in Hieruſalem, vt etiam patet ſupra in Elucidario. Hoc idem patet ex libello eiuſdem. d.Iacobi de vitri.

tri. qualiter in Bethleemitica, & Nazarethensi, sicut Hierosolymitana ecclesia erant Regulares Canonici. Et in libraria fratrū Minorum apud Sepulcrum Domini existentium, est Decretum Paschasij Papæ, quod mentionem facit de Patriarchatu Hierosolymitano, Nazarethensi, & de Bethleemitico Episcopalibus ecclesijs, in quibus erant tunc Canonici Regulares, quos longè ante Vrbanus. II. ad Regularem eiusdem ordinis obseruantiam reduxerat, vt idem patet ex literis plumbeis, & Apostolicis.

NONO idem patet ex cap. cum super elect. extra de confess. & extra de regul. c. Sicut nobis. & ibi dicitur qualiter Canonici Bethleemitici & Nazarethenses emittebant professionem, secundū regulam Diui. patris Augusti. & dabant habitum lineum, qui est propriè habitus Regulariū canonicorū: vt supra ostensum est. Et tex. locum illum vocat Canonicam. Et nota quòd ibi Glo. vtitur verbo profiteri sub verbo monacari, quod largè sumitur. Cum tamen ibidem obseruaretur canonica professio, vt patet ex antiquis Bullis in Archiuis ibidem reconditis.

DECIMO idem patet ex c. cum in ecclesijs. extra de maiorita. & obed. dicitur ibi canonici Ecclesiæ S. Victoris & S. Io. in monte de Bononia, Et vocantur ibi canonici simpliciter, & vsque in præsentiarum continuatis successibus constat ibi Regulares Canonicos viguisse per annos octingentos. Et Dei cooperante gratia vigent sub regulari, & laudabili eiusdem ordinis obseruantia, quibus inuicem connexis ecclesijs ego licet indignus per 4. annos præfui, & tamen vna, & eadem est ordinis ratio, tam in istis quam in cathedralibus, & eos tex. ille simpliciter Canonicos nominat. Sicut etiam in ca. quod Dei timorem. extra de sta. regul. fit mentio de ipsa ecclesia S. Victoris de Bononia. Et Ioā. And. in proemio nouel. nominādo iuris Canonici scriptores, nominat D. Iacobum de Beluisio Regularem canonicum S. Ioā. in monte. Et hic nota contra eos qui asserunt Canonicos Reg. qui sunt in prænominatis Canonicis, videlicet S. Victoris, & S. Io. in mōte, non esse eiusdem professionis, & ordinis, sed hoc esse falsum colligi potest ex Glos. in cle. j. de elect. in ver. habitus. quia ibi dicit Io. An. quòd omnes canonici qui profitentur regulam Aug. inuicem possunt eligi, quia vnius & eiusdem ordinis sunt. Et in ver. habitus dicit idem Io. An. quod habitus lineus est habitus canonicorum regu. quem sub cappa deportant. Profecto tantus

vir

vir qui tunc legebat Bononię, & eiusdem patrię oriundus erat, non debuerat ignorare qualis esset habitus, quem tunc temporis deferebant Canonici Reg.S.Io.in monte. Cum & in pręsentiarum habitum lineum & ipsi sub cappa deportāt moderni Canonici, ibidem existentes: Sicut olim antiqui illi Regulares Canonici deferre consueuere.

VNDECIMO patet veritas ex c.nostram.extra de confir.vtil. vel inut.ibi dicitur simpliciter, quidā Canonicus, sed tamen in medio tex.colligitur, quòd Regularis Canonicus erat.

DVODECIMO patet veritas ex c.intelleximus. de æta. & qual: ibi tex.dicit, ꝙ Regulares Canonici habebant Abbatem, & ex illo tex.laudatur Canonicus Regularis, qui ex Monaco reuersus fuerat ad Priorem statum Canonici ordinis. Et ibidem simpliciter dicitur ad Canonicatus ordinem. Declaratur etiam ex tex.ꝙ reuertēs Canonicus à Monacali statu portet cucullam in Apostasię signum, & vltimus in choro sedeat: quia sine licētia saltem petita non licet, Vt habetur in c.statuimus.& c.mandamus. 19.q. 3.& cap.sane.& c.licet.extra. de regu.& ibi plene notant Docto. Si Regulares Canonici de præsenti habent constitutiones arctiores, Vt hodie de facto habent Regulares Canonici Lateranenses, patet per constitutionē Martini 5.ꝙ nō possunt ideo trāsire sine Apostasia ad minus arctum de pręsenti viuendi modū, licet quo ad regulam sit arctior religio Monacalis.

TERTIODECIMO ex tex.c.cum I. & A.extra de sent.& re iud. dicitur ibidem simpliciter Canonici S.Dionysij Remēsis. Et etiā dicitur ex parte Canonicorū duntaxat, ergo per Canonicos etiā simpliciter nominatos intelliguntur etiam Regulares, qui & clerici sunt essentialiter, vt patuit supra in 2.parte, quod non ita Monacis potest accidere, quia primi Monaci ex primaria eorū institutione nec ex natura ordinis Monacalis, clerici non fuerunt. Colligitur etiam ex d.c. cum I. & A. quòd canonici antiquitus habebāt Abbates, & idem colligitur ex tex.c.ex parte.extra de postul.& extra de homi.cap.significasti, ibi colligitur, quòd Regulares can.habebant Abbates, sicut nunc de facto habent moderni cano.Lateranen.

QVARTODECIMO patet ex tex.c.sane.extra de regu.ibi dicitur de Canonico tm̄, & tamen in tex. fit mentio de professione facta quæ non cadit nisi in Regulari Cano. ergo cum dicitur Canonicus

nonicus tantum intelligitur etiam clericus, vt supra est ostēsum. quod etiam Io. An. ibi dicit, Regulares canoni. essentialiter esse Clericos, & non posse aliter esse nisi tales.

QVINTODECIMO patet ex tex. cap. quoniam. extra de vit. & honest. cler. qui sub uno tecto debent simul uiuere & simul dormire Et Glo. vlt. concordat cum Gl. in c. in omnibus. de cons. di. 5. in cap. clerici canonici, quæ exponit hoc esse intelligēdum de Regu. cano. quia aliàs male seruaretur ille textus à clericis, & canonicis Secularibus. Item patet ex textu, vbi conceditur facultas absoluendi ab excommunicatione propter manuum iniectionem, quod non nisi regularibus cōceditur, vt in c. Monaci. extra de senten. excom.

SEXTODECIMO ex tex. cap. cum olim. extra de priuile. & excessu priuileg. ibi in tex. fit mentio de priore & Canonicis Monasterij S. Crucis sub simplici nominatione Canonicorum. Sed prior non habetur in Canonicis Sæcularibus, & tamen ibi sunt Regulares Canonici. De hoc etiam habetur in cap. venerabili. extra de verb. signific.

DECIMOSEPTIMO ex tex. c. plerique. extra de pace. ibi tex. dicit, pleriq; sicut accepimus Regulares Clerici, & Sęculares interdum &c. Ecce quomodo Regulares Cano. vocantur Clerici & Regulares. Præterea in c. 1. de fi. presby. dicitur vel in Canonica congregatione regulariter viuentes, vbi maxima fit commendatio clericorum regulariter viuentium ab alijs clericis non regulariter sed Sæculariter viuentibus.

DECIMO OCTAVO ex tex. c. solitę. ext. de maio. & obed. dicit Abbas, clerici sunt res Deo uiuę, ipsi soli dicatæ. Et inducit c. cui portio. 12. q. 1. Sed Regu. canonici ex professione sunt clerici Deo dicati, & semper fuere tales, scilicet clerici non minus quā Canonici, & Clerici Sęculares, nec propter regularē professionem ex primęua eorum institutione quo ad clericatum, debent esse deterioris conditionis quàm Sęculares clerici, q à primęuo regulari statu, licet sciente, & tacente ponti. sunt relaxati. Vnde idem Abb. in cap. Deus qui. de vita & honest. clericorum. dicit, Quòd cum in multis clericorum status sit relaxatus, & sub illa districtione qua erant Apostoli, & apostolici clerici nollent viuere. facta est Distinctio sęcularium à regularibus clericis, quorum obseruantia viget successiuè in Regularibus canon. qui &

O clerici

clerici regula. sunt. Nam Sæculares secundum Glo.in c.licet.de off.ordi.super ver.Sæculares,dicti sunt, quia uoluerunt habere proprium,& voluerunt se exhibere ad ritum Sęcularium hominum. Et confirmat Abb.in d.cap. Deus qui. per simile dicendo, quòd clericorum regula est viuere sine proprio,sed per vsum assumptum est habere proprium. Dicit etiam ipse Abb.in ca. episcopus,extra de præb.quod primitiua ecclesia non habebat præbendas,quia clerici viuebant communiter,& sine proprio,vt patet in causa 12.q.1.quasi per totum,inter quę iura sunt sermones patris nostri Augu.intitulati de communi vita clericorum. Sed quia aliqui non seruabant illam communitatem, & occultabãt contra eorum professionem, fiebant hypocritę cum dño animę suę. Et exinde facta est distinctio inter Clericos Reg 1.& Sæculares. Hæc Abbas.

DECIMO NONO ex doctrina Abbatis in cap. constitutus. extra de rescrip.notatur quomodo error in Clericis Sęcularibus erat non sequi vestigia Apostolorum in vita eorum,ergo clerici communiter viuentes sunt clerici non minus quàm Clerici Sęculares,& consequenter Monacis sunt præferendi.

VIGESIMO idem patet ex Doctri. eiusdem Abba.in c.1.de inst. vbi dicit,quod appellatione Clericorum non ueniunt Monaci, sed Canonici,in Rubrica ne Clerici vel Monaci intellgãtur sub illo nomine Clerici,vt etiam patet supra 15.q.2.c.obseruan.Vbi prohibetur Clericis ne aduocent,& dicit ibi Gratianus,quod intelligitur de canoni. regul. Ergo apertissime patet ex his, quod Canonicis Regu.per se,& essentialiter competit quòd sint Clerici,& per Regulares cleri. intelliguntur Canonici Regu.

Explicit tertia pars principalis.



QVAR-

QVARTA PARS PRINCIPALIS DE CONTINVATO ET SPECIFICO SVCCESSV CANON. REGVLAR.



De identitate & continuatione Canoni. Regula. Caput primum.



VIA Vero per sufficientes rationes aduersarij conuincere non possunt Canonicorum Regu. efficaces rationes, ad callida quedã, & puerilia obiecta conuersi, adhuc conantur obsistere, & quidem non sine eorũ potius graui ignominia, asserentes (& quidẽ sine vllo auctẽtico fundamento) Canonicos Lateranen. in Italia sub regulari obseruantia florentes, non esse ex illis quos B. pater & magnus Aug. instituit. Et vltra præmissa contra huiusmodi latrantes canes adducimus solidissima Rom. Pont. iura atque certissima testimonia Doct.

De differentia accidentali inter Clericos Sæculares & Regulares. Cap. 2.

PRimum quidem considerandum est differentiam inter clericos Sæculares non esse quo ad clericatum essentialem, sed accidentalem, quia solum per reformationem quæ non mutat speciem, sicut plenè notant Doct. in in cap. relatum. extra ne Clerici, vel Monaci. in ver. ordine suo reformari, & ibi ad sui ordinis obseruantiam reuertantur. Nam sicut Clerici primitiuę ecclesiæ Apostolorum imitatores tria substantialia secundum Regulam sub sanctis Apostolis constitutam profitebantur, vt supra ostensum est. Ita Clerici Regu. seu cano. retinent ex institutione

B. patris Aug. eādem clericalem professionem cum lineo habitu, quam quidem professionem Clerici Seculares, retento tamē clericatu, prætermiserunt: ergo non propter hanc primęuam retentam qualitatem debent esse inferioris conditionis, cum nō discrepent professione à primis Clericis, in quibus fuit uita communis, quæ nihil aliud est quàm Apostolica regu. vt in cap. dilectissimis. 12. q. 1. colligitur. in fin. vbi dicitur, vt non recedatis ab Apostolicis regulis.

Auctoritate ecclesiæ probatur identitas Cano. Regular. cum eisdem Clericis professione, & habitu quos Aug. pater instituit. *Cap.* 3.

HAnc ipsam continuationem confirmat Ecclesia, quæ nobis in speculum proponitur. c. si Romanorum. 19. dist. cuius Auctoritas suprema est. 11. distin. cap. ex his. & cap. Ecclesiasticorum. & Tho. in Quolib. dicit, quòd auctoritas Doc. trahitur ab auctoritate Ecclesiæ, & ipsa ecclesia in solennitate magni patris Aug. cantat, quod S. Possidonius in eius vita describit, videlicet. Factus presbyter monasterium Clericorum mox instituit, & cępit viuere secundum regulam sub sanctis Apostolis cōstitutam. Sed hic obiicit frater Ambrosius Corolanus ordinis eremitarū in suo debili defensorio, quòd per Canoni. Regulares additum est illud verbum clericorum. Sed contra ipsum est Auctoritas B. patris Augu. in sermonibus de communi vita clericorum, vbi sępe & sępius nominat fratres suos conclericos meos tales inueni quales desideraui. Dicit & B. Aug. in sermone qui incipit, Carita. vestræ, & expresse fatetur non aliam se assumpsisse normā quàm eam quæ descripta est in Actibus apostolorum, & librum actu. Apostolorum legi iussit per Lazarum Diaconem coram omnibus. Vt videatis (inquit) vbi descripta sit viuēdi forma, quam desideramus implere. Ecce continuatio.

De eodem successu Cano. Regu. cum primis Clericis. *Cap.* 4.

COnsequenter ostenditur continuatio ex doctrina B. Tho. secunda secundę. q. 88. art. 4. & 3. arg. concludit ergo vt etiā supra ostensum est in Elucidario, quod Apostoli, & reliqui primitiuę

mitiuę ecclesiæ Clerici emitebant tria uota sicut B.pater Aug.& eius Clerici,& succesiuè Regulares can.dicti. sub regulari eiusdem ordinis obseruantia degentes.Si ergo illi primitiuę Ecclesiæ vouentes erant clerici,consequenter,& Clerici B.Augusti.& succesiuè cano.Clerici,qui& Regu.canonici eãdem clericatus naturam retinent.

Eadem continuatio in Cano. Regu. cum primis clericis auctoritate B. Tho. probatur. Cap. 5.

RESpondeant, qui hanc clericatus continuationem Cano. regu.temere negant,de quibus Canoni.Regu.loquebatur B. Tho.secunda secundę.di.189.ar.8.ad 2.arg.vbi dicit.quòd ordini canon regula. per se competit vt sint clerici, ad religionem autem monaco. non per se competit vt sint clerici nisi per accidens. Certè aut de cano. non profesis,aut profesis loquitur,nõ primo,quia tales canonici indistinctè possunt transire ad quãmcunque religionem approbatam.c. duæ sunt leges. 19.q.2. Ergo secundo,de canonicis profesis loquitur ibi,vbi tractat de transitu canoni.regu.ad Monacos. Si igitur B.Tho. loquitur de profesis:ergo non nisi de regularibus intelligendum est,quia secũdum Doc.regularis propriè dicitur. qui ad viuendum regulariter per tria uota est astrictus. Extra de statu Monaco.c. quod Dei timorem. Distinctè ergo loquitur de omnibus cano.regu.Cum ergo sint vnius,& eiusdem ordinis canonici omnes tam præsentes quam præteriti,pari ratione sunt essentialiter clerici,non quidem per accidens sicut Monaci, et consequenter sunt ipsis Monacis præferendi.

Quod omnes Cano.Regu. moderni sunt vnius & eiusdem ordinis in specie generalis. cum antiquis. Cap. 6.

QVod autem omnes cano. regula. tam moderni quàm antiqui sint vnius,& eiusdem ordinis,Ratione,Auctoritate,& exeplo probatur,Ratione sic,ubi eadẽ est professionis,& habitus ratio,ibi eadẽ est iuris dispositio:patet,quia licet professio faciat Monacum,assumptio tamen habitus tãquam accessorium requiritur præsumptionem faciens tacitè,vel expresè professionis.

nis.cap.porrectum, & c.ex parte.de regul.& ibi per Doct. Sed in his cano.regulari.Lateranen.est eadē professionis,& habitus ratio,ergo in ipsis est eadem iuris dispositio:consequētia patet cū maiori,& minor probatur firmissima Auctoritate Io.An.in cle. 1.de elect.in ver.habitus,vbi super illo tex.Clementis.5.in Concilio Viennen.sic ad literam ait, Habitus non dicit coloris, per quod videtur quòd omnes Regula. cano.qui profitentur Regulam Augu.& sub habitu lineo quem sub cappa deportant,vt ibidem dicit in ver.habitus,licet varient in colore in cappa exteriori,videlicet,quia aliqui habent colorem nigrum sicut Lateranē. cano.Alij album,sicut olim quidam canonici, de congregatione S.Marci,inuicem tamē eligi possunt, quod videtur maximè, quia ipsorum habitus est linea toga,quam sub cappa deportant. Ex eo ergo quòd omnes canonici qui regulam Aug. profitētur inuicem eligi possunt,sequitur quòd vnius, & eiusdem ordinis sunt,ex quo in d.clemen.prohibet Concilium Viēnen. vt disparis professionis,& habitus nullus possit eligi in prælatū. Ergo per locum a contrarijs,si possunt eligi inuicem,consequenter patet quòd vnius,& eiusdem ordinis esse censentur. Ista ergo duo videlicet,professio Regulę August.& linei habitus assumptio,ipso iure sic disponente,concurrunt ad specificam vnius,& eiusdem ordinis rationem. Et cum ista duo concurrant tam in modernis quàm in antiquis,sequitur quòd vna & eadem sit iuris dispositio in ipsis canonicis.

Solutio argumentorum contra quosdam imperitè loquentes, ex auctoritate Grego.negantes continuationem in ecclesia Lateranen. Cap. 7.

VBi etiam notandum est per d.cle.quòd omnino cessat ratio quorundam dicentium,ex eo quòd B.Greg.dicit in libro Dialogorum quòd Valentinianus olim Monacus præfuerit ecclesiæ Lateranen.consequenter arguunt fuisse aliquando dictam Basilicam Lateranen.à Monacis gubernatam. Sed in contrarium est constitutio. d.clem.quæ corrigit præcedentem antiquam consuetudinē,dicit enim tex.cum rationi non congruat, vt homines disparis professionis, vel habitus simul in eisdem monasterijs socientur &c.Et ideo per d.extrauagantem corrigitur

ur antiqua consuetudo, quia homines disparis professionis, vel habitus eligebātur in prælatos, sic in proposito, quamuis Valentinianus Monacus mutato habitu monastico electus fuerit Prior. d. Basilicę, non tamen sequitur quòd in ipsa Basilica fuerint Monaci, nec hoc dicit B. Gregorius, sed simpliciter tantum dicit, quòd eidem Ecclesiæ præfuit.

Quod Cano. regul. moderni Lateranen. appellati ab eorum prima institutione continuarunt in canonica & specifica identitate cum antiquis. Cap. 8.

HVius autem candidi ordinis & sancti propositi Regulariū Can. continuatio secūdo loco multiplici Auctoritate probatur. & hoc intendimus contra quosdam qui falso figmēto nouiter sinuēto à quodam supplementi cronicarum Auctore, & quidem sine certo, & probato testimonio, temere præsumunt asserere hunc fuisse nouum ordinem sub Grego. 12. videlicet Anno Domini 1407. à quodam fratre Iacobo ordinis Prædicatorum institutum, & multa alia ibidem mendacia in 9. & 14. eiusdem supple. lib. vt sanctum Diui patris Aug. Canonicum ordinem cō funderet, turpiter adiecit. Hunc etiam errorem pro clypeo nonnulli assumpserunt, ignari nostri temporis scriptores, cęci cęcum sequentes: & falsi quidam fratres à patrum suorum vestigijs deuiātes, liuore potius amaritudinis quàm caritatis zelo permoti errorem ipsum in scriptis redigere non sunt veriti. Contra quos ponitur conclusio. Ordo Regu. Canoni. in agro Lucensi apud Frigionariam, quamuis aliquando ad arctiorem obseruantiam fuerit reformatus, tamen ex imemorabili longęui usus initio, continuatis successibus per longissima tempora ante Greg. 12. iuxta Diui patris Aug. regulam, inuiolabiliter extitit obseruatus. In primis siquidem prout legitur in Archiuis ecclesiæ cathedralis S. Martini de Luca, ex gestis Alexan. 2. & Illustris Mathildę comitissę, Hunc ipsum sanctum, & canonicum ordinem ab ipsa deuotissima fęmina præfato pont. cōcedente, eo in loco fundatum fuisse cōstat. Vbi antea primum fuerat extructum oratoriū à B. Frigiano, à quo Frigionaria postmodū locus ille vulgo denominatus est, tempore videlicet Pelagij. I. longè ante Greg. magnum. Et in memoriā tanti viri ipsa Illustris Comitissa Canoni-

cam,

cam, & Ecclesiam ibidem in honorem S. Mariȩ Virginis erexit. Sed hoc & ipse supplemẽti Auctor audacter affirmat. Succedẽte vero tempore sub Alex. Papa huius nominis. 4. à nobili milite Lucẽsi Marchoaldo de Malpiglijs fuit tertio loco instaurata, Anno videlicet Domini 1250. eisdem adhuc Regularibus Can. ibidem existentibus, vt patet ex originalibus, Indultis, & priuilegiis eiusdem Alex. 4. vt infra dicetur. Postremo ecclesia ipsa sub Alexan. 6. simul, & canonica ab ipsa vetustate collapsa instaurata fuit, opera & impensa ipsorum Regularium Canon. qui semper continuatis successibus ibidem sub regulari eiusdẽ ordinis obseruantia viguerunt.

Ea ipsa perennis continuatio suprema Ponti. Roma. Auctoritate probatur. Cap. 9.

HOc ipsum in primis per auctenticum, & originale Indultũ Alex. 4. probatur: incipit, Alexãder episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filijs Priori ecclesiæ S. Mariȩ de Frigionaria, eiusque fratribus tam præsentibus quàm futuris, regularem vitã professis in perpetuum, religiosam uitam eligentibus, Apostolicum conuenit adesse præsidium, & infra. Ea propter Dilecti in Domino vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & ecclesia S. Mariæ de Frigionaria Lucanȩ diocesis, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: In primis siquidem statuentes, vt ordo Canonicus qui secundum Deum & B. Aug. regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quȩcunq; bona dicta ecclesia in præsentiarum canonicè possidet, aut in futurum cõcessione põtificũ, largitione Regum, vel principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante domino poterit adipisci, firma vobis sint, & successoribus, & illibata permaneant: & infra. Liceat quoque uobis liberos, & absolutos è sȩculo confugientes clericos, vel laicos ad conuersionem recipere, & eos absque contentione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam in ecclesia uestra professionem, fas sit sine Prioris sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem

loco

loco discedere, discedentem vero absque communi vestrarum litterarum cautione nullus audeat retinere, & infra. Prӕterea omnes libertates, & immunitates à prӕdecessoribus nostris Ro. Pontificibus ecclesię vestrę concessas, necnon libertates, & exẽtiones Secularium exactionum à Regibus, & principibus, vel aliis fidelibus vobis indultas, Auctoritate apostolica confirmamus, & prӕsentis scripti priuilegio communimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat, &c. Quӕ omnia, & alia ibidem contenta tacitam ipsius antiqui ordinis Canonici, & approbatam continuationẽ includunt. Datum Viterbij per manum magistri Iordani sanctӕ Rom. ecclesiӕ notarij, & Vicecancellarij. Idibus Maij, indictione prima, Incarnationis Dominicę Anno 1258. Pontificatus vero Domini Alexandri Papӕ 4. Anno. 4. Huius autem originale exhiberi potest ex Archiuis eiusdẽ ecclesię, sicut & cӕt. vetustissima, & auctentica scripta ibidem recondita.

Contra prӕfatos impugnantes est irrefragabilis Auctoritas Pontific. Roma. Cap. 10.

CONtra prӕfatos itẽ aduersarios est, & alia Gre. 10. suprema auctoritas. Ab ipso nanque Pontifice manauit solennis illa cõstitutio c. religionum diuersitatem. de reli. domi. lib. 6. Quo quidem auctore celebratum est illud magnӕ auctoritatis Concilium Lugdunense, & in ipsa constitutione decernit quatuor mendicantium ordines pro approbatis haberi. Certũ est enim quòd ante Greg. 12. per longa tempora prӕfati pontifices prӕcesserunt. Huius ergo Greg. 10. originale sic incipit, Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori ecclesiӕ S. Mariӕ de Frigionaria, eiusque fratribus tam prӕsentibus quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum, religiosam vitam eligentibus apostolicum conuenit adesse prӕsidium, & infra. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & ecclesiam S. Mariӕ de Frigionaria Lucanę Diœcesis, in qua diuino estis obsequio mãcipati, ad instar felicis recordationis Alex. Papӕ 4. prӕdecessoris nostri sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & pręsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo Canoni-

nonicus qui secundum Deum,& B.Aug.Regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur;perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones,&c. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem &c.& infra. Præterea omnes libertates,& immunitates à prædecessoribus nostris Rom. Pontificibus ecclesiæ vestræ concessas &c. Quę omnia ipsius antiqui ordinis,in eodem loco constituti,tacitam,& approbatam continuationem includūt.Datum apud Vrbem veterem per manū magistri Ianoni Lecacorui S.Ro.ecclesiæ Vicecancellarij Nonis octobris,Indictione prima,Incarnationis Dominicę Anno 1272.Pōtificatus uero Gre. Papæ 10. Anno primo.Quo stāte firmissimo auctentico,patet contra supplementi auctorem, & eius sequaces conclusionem propositam esse veram, quia hic Canonicus ordo longè ante Greg. 12.eo in loco fuit institutus,Cuius initijs memoria non existit in contrarium.

Instrumentis auctenticis probatur continuatio Canoni. Regula. Cap. 11.

Continuatio prædicti Canonici ordinis secundum B.Aug. regulam probatur auctenticis instrumētis ex quibus pauca subnectere,quo ad præsens sufficiat intendimus. Inter cętera vnum est,quod de anno. 1306. Indictione quarta,octauo calendas Iulii confectum esse dinoscitur. Incipit, In Christi nomine amen.Venerabilis P.Lucas Prior capituli,& conuentus ecclesię S.Marię de Frigionaria ordinis S.Aug.Lucanæ diocesis,cum cōsensu,& voluntate suorum Canonicorum,& dicti capituli,& cōuentus,videlicet D.Viuiani,D. Francisci,D. Sini, D. Angeli, D. Marci,D. Augustini,D. Gregorij,D. Petri, D. Simi, D. Gratiæ, D. Benedcti,& D.Vghi,Cum ad præsens ibi plures non sint. Et ipsi fratres,& Canonici vna cum Priore consentientes sibi inuicem pro ipso capitulo,& conuentu,prouisa,& bene cognita vtilitate dicti capituli,& conuentus,&c.Hoc idem ex alio instrumēto probatur. Incipit,In nomine Domini amen. Cum hoc sit q olim Reuerendus in Christo Pater D.Ioannes Dei, & Apostolicę sedis gratia episcopus Lucensis contulerit, vnierit, atque incorporauerit Monasterio S.Mariæ de Frigionaria Lucēsis diocesis,

cesis,& Priori,& fratribus Canonicis eiusdem ecclesiam seu capellam S.Dalmatij,in ciuitate Lucensi positã,per ipsos Priorẽ & Canonicos dicti Monasterij feliciter gubernandã,& infra,prout de dicta concessione,& vnione, & alijs latius contineri debere per priuilegium in modũ publici,& Auctentici instrumenti facti,& rogati notarij Ser Ioannis Terij,tunc notarij curiæ episcopalis, & ipsius D.Lucensis episcopi,sub Anno natiuitatis Domini. 1381.Indictione 15.die 16.Nouembris.Pontificatus sanctissimi in Christo Patris,& D.D. Bonifacii diuina prouidentia Papæ. 9.Anno pontificatus sui 3.& cum sigillo,& cera pendenti cõsuetis.præfati D. Lucensis Episcopi,in chordulis de serico viridi. Cumque post huiusmodi concessionem,vnionem, & incorporationem prędictam,præfatũ Monasterium S.Marię de Frigionaria,cum omnibus suis membris,iuribus,& pertinẽtijs ad Regulares Cano.qui dictum Monasterium iam diu rexerunt,& gubernarunt,sicut etiã de præsenti gubernant,& regunt, & propter eorum vitam laudabilem,quam in dicto Monasterio S. Mariæ de Frigionaria præfati Canonici Regu.per tempora duxerũt, et ducunt laudabiliter,commendamus semper in seruitio, & famulatu omnipotentis Dei,ac Beatæ Mariæ virginis,& sanctorũ deseruientes cõtinuo,vt auctum sit Monasterium ipsum in q̃ plures,& plures prouincias,& in tantũ creuerit,& augumentũ acceperit Monasteriũ ipsum in Canonicos, & plures religiosos ipsi Monasterio deuotos,quòd ex ipsis plurima,& etiam quàm plura monasteria in diuersis prouincijs, ciuitatibus, & locis, & vsque Romam maxime fuerint,& sint cõstructa,in quibus Canonici Reg.d.Monasterij præsentialiter,& continuo degunt,vitam religiosam laudabiliter ducentes,& infra.Quapropter venerabiles,& religiosi viri D.Constantius de Regio Prior d.Monasterii, & Canonicorũ S.Mariæ de Frigionaria Lucanæ diocesis, & D. Petrus de Cumis syndicus, & procurator eiusdem,cõstituti personaliter corã Venerabilibus P. Canonicis Lucani capituli, & collegialiter congregatis, prima,& 6.feria Mẽsis Aprilis,& corã ipsis exponentes supplicarunt,& infra.Auditis,& intellectis omnibus suprascriptis per predictos Priorem, & syndicũ Monasterij S.Marię de Frigionaria,& infra.Ad laudem, & gloriã omnipotentis Dei prædictam vnionem confirmarunt,& approbarũt, & perpetuis temporibus firmam,& ratam haberi voluerunt, & infra.

infra. Insuper ipsos Canonicos, & Monasterium S. Mariæ prædictę, Et dictos Priorem, & Syndicum, & me Notarium vt supra, præsentes & stipulantes pro dictis Canonicis, & Monasterio à refectione prandij quam in dicto instrumento dictis Canonicis maiori ecclesiæ, facere tenebantur, & promiserũt prout in dicto instrumento continetur, de ipsorum speciali gratia liberauerũt: et absoluerunt penitus, & in totũ, et infra. Ita quòd futuris tẽporibus præfati Canonici, & Monasterium S. Marię de Frigionaria solũmodo soluere quolibet Anno in eo tempore, quo dicti Floreni duo auri solui debebant, soluere de cætero teneantur, duntaxat Bologninos quinquaginta quatuor quolibet Anno, &c. patet ex his dictis antiqui Canonici ordinis continuatio. Item hoc ipsum patet euidenter ex Annalibus illustris dominij Lucẽsis in archiuis auctenticè reconditis, vbi sic ad litteram dicitur. 1337. Existente Luca sub Dominio Dominorum de la Scala, fuit factum Decretum per D. Antianos quorum nomina sunt infrascripta. Brexianus Honesti, Cecius Pieri, Iustus Botrini, Gerardius Lazarij, Nuncius Bletius, Lemmus Catrignella, Banducius della Grotta, Colutius Bochansochi, Saulus Sauli, Nellus de Monte Claro, cuius Decreti verba sunt hęc. Cõsiderantes honestam vitam, & benignam conuersationem quam Canonici Reg. Monasterij S. Mariæ de Frigiognaria seruant in ordine B. Aug. & consuetudinem diutius in his obseruatam, ordinauerũt quod habeãt fęnum & ligna, & alia necessaria pro ipsis religiosis Canonicis, qui negotia Monasterij Lucæ exercent.

Quod in loco Frigionaria per antiquissima tempora continuarunt ipsimet Cano. Reg. Cap. 12.

QValiter autem Canonicus ordo in præfato loco Frigionariæ iam dudum (vt diximus) institutus, longè latèque propagationis suę initium sumpserit per Ciuitates, & Prouincias diffusus, id habetur in Annalibus dictę Ecclesię ex Auctenticis scriptis, vt patet ex instrumẽto Ioãnini de Piscarijs Notarij Imperialis, & ciuis Papiensis. Nam cum quidam Venerabilis Leo de Charate olim Cęnobij S. Petri cæli Aurei Prior, & Venerabilis Tadęus de Bagnasco eiusdem Cęnobij professi Canonici Regularis, comperta dicti loci laudabili fama, ad eum locum mox de

de consensu Abbatis,& Conuentus dicti Cenobij S.Petri se contulerunt,vt patet ex præfato instrumento. Hi quippe uiri doctrina,& sanctitate præclari,cooperantibus simul,& reliquis Canonicis Regu.ibidem prius existentibus, ad ipsius ordinis feruorẽ dilatandum coadiutores maximè fuerunt. Ad quod etiam preclarũ opus Venerabilis Sacerdos D. Bartholomeus Colũna,ciuis Romanus, et Dei Preco celeberrimus cooperator fuit,& ardentissimus coadiutor. Quãuis autem dictus ordo in ipso loco ad pristini feruoris rigorem auctus sit per idem tempus,non tamen à primęuo rigore quandoque defecit.

Contra Supplementi auctorem probatur expressè eorum ordi.non fuisse immutatum ab antiquo nullo quouis modo, nisi quantum ad quendam arctiorem viuendi modum,sicut in alijs cõtingit ordinibus reformatis, sed longè in istis magis propriè continuauit specifica identitas cum antiquis. Caput 13.

CONtra Supplementi auctorem eiusque sequaces quidem omni ex parte suspectos,vltra prędicta extat fidelissimum, & auctenticum testimonium archiepiscopi Florẽtini fratris Antonini ordinis Prædicatorum,qui in 2.parte suæ cronicæ tit.15. cap.23.§.& flores apparuerunt in terra nostra. De ipsius Canonici ordinis continuatione,& ex ipsius loci Frigionariæ regulari obseruantia propagata referens sic ad litteram prosequitur. Nã Canonici Regula.qui à regula sua quandoque relaxati erãt, sed reformati sunt à domino mediãtibus duobus eximijs uiris,sciẽtia,& uita præclaris. Ecce,quia non dicit dictum ordinem fuisse nouum aut nouiter institutum à quodam fratre Iacobo Brixiensi,ordinis Prædicatorum: vtique si hoc verum fuisset, tantus vir non ignorasset,quod etiam ecclesia non tolerasset, cum sit contra omnia iura,vt diuersi ordinis maximè mendicantium professus,temere ausus sit nouum ordinem Canonicũ instituere: vt infra plenius dicetur. Et sequitur idem archiepiscopus Flo. de ipsis Canonicis Regu. Et iam (inquit) per Italiam dilatati sunt sub Regulari eiusdem ordinis obseruantia degentes , & primus eorum locus fuit,& est prope Lucam,& dicitur Frigionaria, vnde,& congregatio illa quę sub vno capite gubernatur,dicitur de Fri-

Frigionaria,& Abbatiam Fęsulanam posśident. Qui tamen Canonici (vt ipse Paulo infra testatur) sancti Saluatoris Lateranen. conuenientius nuncupantur.& infra paruopost de quibusdam alijs Canonicis qualiter institutionis suę principium obtinuerunt, idem Archiepiscopus refert. Ipsi nanque in agro Senen. & prope muros Florentię S.Donati de Scopeto,& sub titulo S.Saluatoris de Venetijs,à quodā fratre Stephano ordinis Eremitarum instituti fuerunt,vt ipse refert præfatus Archiepiscopus. Hi namque à primaria eorum institutione originem habuerunt à quodam Venerabili viro fratre Stephano Senensi ordinis Eremitarum,qui vt à primarij sui iugo eximeretur, habitum lineū Canonici ordinis assumpsit. Sed ne ab Eremitico ordine in totū se abdicasse videretur,voluit desuper indui scapulari albo in quo prius Eremiticum ordinem fuerat professus sine cuculla quæ Canonicis Regu.non competit,nisi in casu apostasię,vt est bonus tex.in c.mandamus 19.q.3. Et voluerunt inuicem vocari fratres secundum Priores consuetudines ordinis Eremitarum, quod ēt Canonicis Reg.non conuenit, qui primęua eorum institutione semper sunt uocati,& inuicem nuncupantur Donni, quia eis propriè competit per se vt sint Clerici,vt supra ostensum est:propter quæ duo cum in dubium satis verteretur an ipsi sint veri Canonici propter nomē, & habitum superindutum, nouiter impetrarunt ex priuilegio fieri Canonicos Regu.Iulio 2.Pōtifi.maximo concedente.Canonicorum etiam Lateranen. priuilegijs gaudere posse impetrarunt,quoniam eorum antiquissima institutio,& ordinis antiqui cōtinuatio à Pontificibus Romanis quàmplurimis, & antiquis priuilegijs, indultis, & gratijs fuit multipliciter decorata. Cōcluditur itaque quòd ipsis Lateranen. Canonicis competit esse Clericos sine Canonicos Regu. ex natura,ipsis autem ex priuilegio,Qualiter etiam Monaci Nigri congregationis S.Iustinæ de Padua fuerint reformati, idē archiepiscopus,vbi supra prosequitur. non ergo sub Grego. 12. Canonicus ordo Lateranen. congregationis S.Saluatoris de vrbe fuit quasi nouus à præfato fratre Iacobo institutus, sicut supplementi Auctor, & quidem sine Auctentico scripto ausus est dogmatizare.

A suf-

A sufficienti diuisione conuincitur Supplementi auctor prædictum ordi. non fuisse continuatum nisi per eosdem Canonicos. Cap. 14.

CONsequenter quæritur ab istis calumniatoribus asserentibus dictum ordinem quasi nouum a fratre ordinis Prædicatorum institutum. aut propria, aut aliena Auctoritate ipsum ordinem instituit. Si propria, ergo excommunicatus. & consequenter omnis eius actus fuit inualidus, & nullus, Tales enim noui ordinis inuentores hodie sunt ipso facto excommunicati per extrauagantem Io. Papę huius nominis 22. quæ incipit, Sancta Rom. Ecclesia. Et hoc ipsum refert Abb. in c. fin. extra de reli. domi. Præsertim cum Io. Papa præcesserit Greg. 12. per c. ferè annos, & sic ignorantiam vllam prętendere non potuisset. Si vero aliena Auctoritate hoc fecit, producant calumniatores isti auctēticum testimonium, quo tam nephandum errorem, & manifestum mendacium probare poßint, & cum hoc nullatenus probare valeant, saltem probationibus nostris in contrarium adductis acquiescant, & à calumniosa inuectiua desistant, vel certè vt famosi libelli auctores puniantur. Certum est autem ex constitutione Greg. 10. in cap. religio. diuersitatem de reli. domi. in 6. ex Concilio generali Lugdunen. Si talis ordo nouus à dicto fratre fuisset institutus, & consequenter non approbatus tēpore Greg. 12. Nullum deinceps ad eorum professionem admittere, nec de nouo domum, vel aliquem locum acquirere potuisset. Prętetea ex eadem constitutione transeundi ad reliquos ordines approbatos, quilibet eorum liberam facultatem habuisset. Sed per dictum Greg. 10. prefatę constitutionis Auctorem dictus ordo Canonicus apud Frgionariam institutus ex eius indulto, & longè ante ex indulto Alex. 4. potuit è sęculo fugientes ad conuersionē recipere, & post factam professionē nullus illorum Canonicorum sine Prioris sui licentia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere poterat. Cumque longè ante Grego. 12. per longißima tempora idem ordo à Rom. Pontific. prædictis sub Sedis Apostolicæ protectione fuerit susceptus, constat profecto ex consequenti huiusmodi ordinem antiquißimis priuilegijs multipliciter decoratum, quasi nouum non fuisse tempore Greg. 12. nec ab ipso fratre institutum.

Ipsa

Ipsa eadem cum antiquis Cano. ratio continuationis in modernis Cano. Regu. probatur ex continuato testimonio Rom. Pont. Cap. 15.

CОntinuationem itaque dicti ordinis non solum præcedẽtia Rom. Ponti. certissima testimonia exhibent, sed etiam & subsequentia. patet in primis ex auctentico testimonio Constitutionum Benedicti 12. in cap. de vesti. & indumentis Canonicorum Regu. Vbi idem Benedictus de Superpellicio, id est habitu lineo formam tradit eo modo, quo dictę congregationis Canonici semper gestarunt, & deferunt, & idem dicit, quòd vbi cõsuetudo deferendi cappas nigras apertas à parte antè, omnino talis consuetudo seruetur. Sed qualiter in sancto Frigdiano de Luca, & quo tempore Canonici illi cappam mutauerint in palliũ, supra plenè ostensum est in Elucidario, & qualiter cappa, id est habitus superior, quod etiã Birũ generali vocabulo, & extẽ siue cappa, vel pallium dici potest, quodq; de essentia nõ est, sed habitus lineus cum quo principaliter profitentur Canonici Regu. satis ibidem enodauimus. Archiepiscopus Flo. in 2. parte 3. partis. c. 3. sic dicit, In illis ordinibus vbi est distinctio habitus nouitiorum ab habitu professorum, etiam si indistinctus sit habitus eorum ab habitu aliorum cum eis vitam cõmunem ducẽtium, sicut si essent Canonici Regu. & Clerici Sęculares cũ eis in choro vtentes superpelliceis, delatio habitus huiusmodi per annum integrum post 14. annum inducit professionem tacitam. Ex hoc arguitur ꝙ habitus proprius Canonicorum & verus, tam Regularium quàm Sęcularium est superpelliciũ, id est lineus habitus: sed Regulares continuo deferre tenentur: quia cum illo profitẽtur, sęculares tantum in diuinis deferunt, quia non profitentur. Ideo cõcludit Io. And. in verbo habitus: ꝙ omnes Canonici Regula. qui profitentur regulam B. Augu. inuicem possint eligi: & ratio elicitur ex d. Glo. quia vbi est vna & eadem ratio professionis & habitus: ibi est eadẽ iuris dispositio: sed in Canonicis regu. est eadem ratio professionis Regulæ Augu. & habitus linei: ergo erit in eis eadem iuris dispositio, quia ipso iure vnus, & idem ordo erit in omnibus Canonicis Regu. licet diuersarum sint congregationum. Hanc ipsam eandem indumentorum formam à primęua eorum institutione semper obseruarunt & obseruant

Canonici

Canonici Lateranen.sicut expressè diffinit Io.And.in d.Clemen tina j.de elect. in verbo habitus. vbi dicit, quòd habitus lineus quem Canonici Regu.sub cappa deportant est eorum habitus. Certe tantus vir hoc ignorare non potuit, cum hoc notorium es set in ciuitate Bononien.de Canonicis Regu.S.Ioannis in Mon te,& S.Victoris Bononię,de quibus fit mentio in c.cum in eccle siæ. extra.de maio.& obed.Obijt autem tantus vir Bononiæ, An no domini 1348.ex peste,prout eius discipulus Ioannes Calde rini meminit in c.nostro.extra de coha. Cleri.& muli. Sic ergo patet dictos Canonicos Regulares Lateranenses sub eadem ra tione professionis,& habitus cùm ipsius antiqui ordinis Cano nicis continuasse. Vnde in proęmio ipsarum cōstitutionum idē Benedictus sic dicit, Benedictus episcopus seruus seruorum Dei,&cæt. Ad perpetuam rei memoriam, & infra. Ideoque in ter religiones alias in agro eiusdem ecclesiæ plantatas, ad reli gionem Canonicorum Regularium ordinis S.Augus.ab eodē glorioso doctore in primitiua ecclesia sacris institutionibus sta bilitam, gerentes pręcipuè caritatis affectum &c.Et cum in eisdē constitutionibus sit tradita eiusdem ordinis, & habitus forma, quam etiam ipsi Lateranenses Canonici retinent ex constitutio nibus approbatis per Martinum 5. ex quo quidem firmissimo fundamento infertur continuatio vnius,& eiusdem ordinis ra tio,ac iuris dispositio cum antiquis in ipsis Canonicis Regulari bus Lateranensibus perpetuo existens.Et hoc contra Eremitanū supplementi cronicarum Auctorem, qui lib.9. fol.220. impudē ter asserit se inuenire non potuisse nullo auctentico scripto, aut approbata consuetudine quis sit Canonicorum habitus.Sed bo nus ille vir cognitis rationibus Canonicorum Regu.retractauit in 14.lib.in nouissima eius repercussione, vbi errores multos, sed non omnes retractauit, vt latius patebit infra eo.parte 4.c.22.

Ex originalibus Rom. Pont. probatur ipsa specifica institutio continuata. Cap. 16.

AD prædictorum confirmationem adiicimus Greg.12.te stimonium, cuius originale habetur in Archiuis præfatæ Canonicæ de Frigionaria, ex quo plenè probatur eiusdem ordi nis pręrogationem iam ante ipsum pręcessisse contra supplemē

ti Auctorẽ, qui nephario ausu cũ eius sequacibus absque certo auctore asserere præsumpsit tempore huius Pont. ipsum ordinẽ habuisse principium, & quasi nouum ordinem à prædicto fratre fuisse institutum. Imo ex eiusdem Gre. indulto colliginus præ-decessorum Rom. Pontificum priuilegia ipsis Canonicis Regu. præexistentibus indulta confirmasse. Ex qua quidem confirmatione facile constat ipsum ordinem continuatis successibus sub Apostolicę Sedis protectione per longissima tempora ante ipsum Greg. 12. firma radice perstitisse illibatum, nec per idem tẽpus nouiter institutum.

Incipit, Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, &c. Dilectis filijs S. Mariæ de Frigionaria ordinis S. Aug. &c. Pia nos excitat, & inducit affectio, vos, & Monasteria vestra in quibus forte noscimini diuinis obsequijs mancipati, fauoribus prosequentes apostolicis, ad ea paternis studijs intendimus, per quę status eorundem Monasteriorum votiuis continuè crescat incrementis. Hinc est quòd nos vestris supplicationibus inclinati, vt in spiritualibus, & temporalibus vos, & ipsa monasteria (auctore Deo) proficere valeatis, quòd omnes, & singuli Canonici eorundem Monasteriorum, qui sunt, & erunt pro tempore perpetuis futuris temporibus de vno ad aliud eorundem Monasteriorum, de licentia tamen Priorum ipsorum Monasteriorum existentium pro tempore transire, ac in eo remanere veleant: Quique in eodem Monasterio ad quod taliter transibunt, perinde illius Canonici haberi ac censeri debeãt in omnibus, & per omnia acsi in illo ordine S. Augus. cuius professores estis, expresse professi fuissent, Priores ipsorum Monasteriorum, qui etiam sunt, & erunt pro tempore de anno in annum mutari siue de regiminibus ipsorũ Monasteriorum transactis singulis annis eo ipso destituti cẽseatur. Ita tamen quòd iterum, & iterum de anno in annum in casu quo videatur eisdem Canonicis in statum pristinum eligi, & ad regimina huiusmodi assumi possint, ac electiones huiusmodi, dummodo per duas partes eorundem Canonicorum, & alias canonicè fiant, eo ipso, perinde vim confirmationis habeant, acsi per sedem Apostolicam confirmatæ forent. Ad hoc etiam Diocesani loci, & cuiuscunque alterius licentia, seu consensu minimè requisitis, quòdque vos omnibus, & singulis Priuilegijs, Prærogatiuis, Gratijs, Exemptionibus, Immunitatibus, &

& Præeminentijs per eandem ſedem aut aliàs qualitercunque vobis, & eiſdem Monaſterijs diuiſim conceſsis, perinde vti, & gaudere liberè, & licitè valeatis, acſi uobis, & eiſdem Monaſterijs communiter conceſſa fuiſſent, quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, & ordinis prædictorum iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, & alijs contrarijs nequaquàm obſtãtibus, vobis auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino liceat hanc paginam noſtrę conceſsionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationẽ omnipotẽtis Dei, & Beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurriſſe. Datum Lucę. 5. Calen. Maij. Pont. noſtri anno 2. Cum ergo præcedentia Romanorum Pontificum teſtimonia Auctentica dent intellectum ad ſubſequentia, conſtat euidenter hunc ipſum ordinem Canonicũ ſub Regulari ei uſdem ordinis Obſeruantia non nouiter ſub hoc Pontifice Gregorio (vt truſator ille in Supplemento dicebat) ſed antiquitus longè ante per tempora fuiſſe inſtitutum, & vſque ad noſtra hæc tempora, adiutore Deo, inuiolabiliter viguiſſe. Exhibeant modo religioſi omnes, ſiue mendicantium, ſiue Clauſtralium ordinum Antiquiora priuilegia ad probandum reformationis prioris ſuę inſtitutionẽ, nec Monaci Nigri, nec Albi Montis Oliueti, qui inſtitutionis ſuæ Priuilegia exhibere antiquiora non poſſunt niſi Pij. 2. priuilegium. Sed nec religioſi ſancti Saluatoris ſeu ſancti Donati de Scopeto antiquiora dabũt, nec denique mendicantium ordines reformati reformationis eorum antiquiora producent auctentica teſtimonia: ergo non nouus ordo vt fingunt aduerſarij. Quibus ad maiorem expreſsionem de verbo ad verbum epigramma in marmoreo lapide ex oppoſito ingreſſus ipſius eccleſiæ de Frigionaria parieti infixum adiicimus. Saluatori ac S. Spei matri Mariæ Canonici Reg. ab Apoſtolis primum, diuique Aug. norma ſub Apoſtolicis Regulis inſtituti, continuo iam pridem in hoc Cęnobio arctius Deo dicati, hinc per Italiam ſub titulo Lateranen. hanc ędem vetuſtate labentem reſtituere.

Eiusdem Cano. Ordi. cum antiquis continuatio Canonica auctoritate Martini V. probatur. Cap. 17.

COnsequenter ad probandam prædicti Canonici ordinis cum antiquis identitatem, subnectendum est & aliud supremę auctoritatis Apostolicæ Sedis testimonium Martini 5. qui eidem Gregorio. 12. & Ioanni 23. immediate successit. Incipit, Martinus Episcopus seruus seruorum Dei, &c. Ad perpetuam rei memoriam, &c. & infra. Hinc est, quòd nos dilectos filios sanctæ Mariæ de Frigionaria, sancti Leonardi, sancti Ioannis in monte Bononiæ, sancti Victoris Canonicę annexę, & sanctæ Mariæ in portu, sanctę Marię de Insula Tremiti, S. Mariæ de Blanchis Casoleti Mediolanensis diocesis, sancti Saluatoris de Brixia, sanctæ Mariæ de Caritate, sanctorum Quadraginta Martyrum Taruisinæ diocesis Canonici ordinis sancti Augustini Priores, Prępositos, Canonicos, & conuentus, vt Deo quietius famulari valeant, fauoribus gratiosis prosequi volentes, & infra. Pro eorum perpetua soliditate, & cōseruatione, quanq̄ diuersorum monasteriorum professi existant, nihilominus vnum corpus, vnaque Congregatio simul, & vnione connexa censeantur. & infra. Ad cuius quidem sanctæ Religionis augumentum, & felicem in Domino obseruantiæ veræ, & sanctitatis successum, Idem Priores, Præpositi, Canonici, & conuentus singulis annis siue biennijs, aut saltem triennijs, prout opportunum expedire nouerint, Capitulum generale celebrare debeāt. & infra. In quo quidem Capitulo pro stabilimento Religionis præfatę, & obseruantiæ Regularis concernentia, eadem auctoritate terminare, statuere, & ordinationes, atque statuta condere, ac inde statuta condita successu tēporis, prout eidē Capitulo magis congruū videbit & vtilius s̄m Deum, & pro cōmuni oīum pace, & conseruatione Regularis obseruantiæ valeant. Et infra. Alijs autē ipsius antiqui ordinis cōstitutionibus præsertim Benedicti 12. Prædecessoris nostri minimè teneantur astricti, quoniam mores, obseruantias, & consuetudines abundatiores habent illis, & in rigiditatibus, & disciplina Canonici ordinis strictiores, & obseruantia Regulari arctiores ad conseruandum Religionis debitę statum. Ex quibus itaque Auctenticis testimonijs patet identica Canonici ordinis cum antiquis approbata continuatio.

Ad

Ad comprimendum Supplementi figmentum auctentico Alex.4.testimonio fundamentum adducitur in medium. *Cap.* 18.

AD comprimendum insuper Supplementi mendaciū vnó eodemque contextu repetimus Auctenticum Alexandri 4.testimonium, quòd item eiusdem Canonici ordinis arctiora principia repetit: vbi post primam sancti Frigiani eiusdem ecclesiæ Frigionariæ fundationem, secundam Illustris Mathildis eiusdem ecclesiæ instaurationem, tertiam testatur eiusdem ecclesię instaurationem. Incipit, Alexander.4.&c. Dilectis filijs Priori, & Canonicis ecclesiæ sanctę Mariæ de Frigionaria ordinis sancti Augustini Lucanę diocesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Volentes ecclesiæ vestræ, obtentu dilecti filij nobilis Marchoaldi militis de Malpiglijs Lucani, qui nuper de bonis proprijs ecclesiam vestram instaurasse dicitur, & dotasse, & qui personaliter pro uobis Apostolicam gratiam impetrauit, &c. Est & aliud eiusdem Alexandri 4. Priuilegium. Incipit, Alexāder episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori, & Canonici de Frigionaria ordinis sancti Augustini Lucanę diocesis salutem, & apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos, & humiles filios ex assuetę pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne prauorū hominum molestijs agitētur, eos tāquam pia mater suę protectionis munimine cōfouere. Eapropter dilecti in domino filij personas vestras, & locum in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis quę in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurū iustis modis præstāte domino poterit adipisci sub B.Petri, & nostri protectione suscipimus: specialiter autem possesiones, terras, redditus, & alia bona vestra, sicut ea omnia iustè ac pacificè possidetis vobis, & per uos ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Viterbij.6.Idus Aprilis. Pontificatus nostri Anno 4. Quòd etiam tempore huius Alex.4.in præfa-

to

to loco Frigionariæ esset Canonicus ordo patet supra ex eiusdem Alexand.4. pleniore priuilegio. Sed, & longè ante vsque ad nostra hæc tempora (vt præmisimus) præfati Frigiani, Alex.2. & illustris Mathildis Canonicum ordinem viguisse constat. Floruit autem S.Frigianus sub Pelagio.j. circa Annos Domini 554. à quo quidem Pelagio constitutiones B.Augu. & Apostolorum canones simul cum habitu Canonici ordinis in Basilica Lateranen. susceperat, vt legitur in gestis ipsius B. Frigiani. Mathildis autem Illustris Comitissa, & triumphatrix inclyta fuit contra Hẽricum 3. & floruit sub Alex.2. & Grego.7. Anno Domini 1064. quę ob deuotionem tanti viri vt diximus Canonicam eo in loco Frigionariæ cum dote fundauit.

Eugenij 4. testimonio conuincitur Auctor Supplementi Cap. 19.

AD maiorem continuationis huius Canonici ordinis demonstrationem subnectendum est supremum Eugenij 4. Decretum, cuius originale est Romæ, transumptum vero in Abbatia S.Augu. de Placentia. Incipit, Eugenius, &c. Ad perpetuam rei memoriam, & infra. Præfatam sacrosanctam Basilicã ad primam instaurationem, & primæuum statum reducimus, atque reponimus auctoritate apostolica, & ex certa scientia, vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & B. Augu. regulam ibi noscitur institutus perpetuis futuris tẽporibus in dicta Venerabili Basilica vigeat, & inuiolabiliter obseruetur. Et infra, Nos in huius sancti operis instauratione piè considerantes, & diuinis sedulis studijs reuoluentes ad sanctam in vinea Domini plantationem, religiosam familiam Dei, cõgregationem de Frigionaria nuncupatã, quæ sub B.Aug. regula Altissimo militantes, & S.Religionem prout certè comperimus deuota puritate seruãtes in ipsius Regulæ vigore, & ordinis disciplina Saluatori piissimè famulantur. Respeximus, & mentem nostram conuertimus auctoritate apostolica, scientia, & potestate, ordinem prędictum in dicta ecclesia instituimus, &c. nota verbum, ad primam institutionem. Et verbum, primæuum statum. Et verbum, certa scientia. Et verbum, ordo Canonicus. Et verbum, congregationẽ de Frigionaria. Et verbum, prout certe comperimus. Et verbum, sub eadem regula, quæ omnia identitatem specificam, & continuatam

tam antiquitatem in ipſo eodem loco Antiquitus obſeruatam connotant, & certiſsimam apoſtolicę ſedis declarationem exprimunt. Ergo non à fratre Iacobo nouus ordo, ſed a duobus viris eiuſdem ordinis profeſsis ex Cęlo Aureo proficiſcentibus vna cum alijs ibidem eiuſdem ordinis profeſsis Canonicis Regula. precexiſtentibus ipſe antiquus ordo in loco Frigionarię, qui & longè ante per longa tempora inſtitutus, ad meliorem perfectio remque ac ſanctiorem viuendi modum eſt ſalubriter inſtauratus. Et ſequitur in eodem Euge. Decreto: Decernimus pręterea & ſtatuimus, vt omnes dictę congregationis conuentus ab huiuſ modi Baſilicę titulo nomen accipiant, & ſingulos dictę congregationis Canonicos Clericos religioſos in omnibus iuribus, & priuilegiis cenſeri decernimus. Ex quibus etiam colligitur tam per precedentia quàm per ſubſequentia Pontificum Rom. priui legia dictam ſanctam, & Deo acceptabilem religionem nō alio prorſus titulo quàm Canonicorum Regularium diui patris Augu. fuiſſe, & eſſe gratijs, indultis, varijsque immunitatibus multipliciter decoratam, confirmatam, atque in ſancta Dei eccleſia ſub eadem continuatione cum primis diui patris Augu. clericis regulariter viuentibus ſtabilitam.

Nico. 5. conſtitutione eadem ueritas probatur contra mendacium ſupplementi. Cap. 20.

AD hęc pro maiori præmiſſorum corroboratione ſubnectitur conſtitutio Nicolai 5. Incipit, Nicolaus 5. &c. Ad perpetuam rei memoriam. Et infra. Dudum ſiquidem felicis recordationis Martinus 5. prædeceſſor noſter Dilectos filios ſanctę Mariæ de Frigionaria Priores, Prepoſitos, Canonicos S. Aug. & infra. Et deinde pię memorię Euge. 4. prędeceſſor noſter reducens, vt ordo Canonicus qui ſecundum Deum; & B. Augu. Regulam ibi noſcebatur inſtitutus; & infra. Decreuit, & ſtatuit, vt deinceps omnes dictæ congregationis conuentus, & loca ab huius S. Lateranenſis Baſilicę titulo, & totius cōgregationis capite nomen acciperent, & Saluatoris congregatio appellaretur, & ſingulos dictę congregationis Canonicos vbicunque Domino ſeruientes huius Baſilicę clericos religioſos omnibus iuribus, priuilegijs ac de eius Capituli gremio cenſeri decreuit. Præmiſ-

ſa

sa Rom. Pontificum decreta, Priuilegia, & indulta cõfirmat Sixtus 4. Incipit, Sixtus episcopus &c. Regiminis &c. Simili modo, & in magno priuilegio eidem congregationi indulto. Incipit, Sixtus Episcopus seruus seruorum. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ad vniuersos regulares ordines ac loca sanctimonię dedita, personasque voto religionis astrictas ipso iniũcto nobis apostolicę seruitutis officio ad illum præcipuè Canonicorum Regu. congregationis Lateranen. ordinem S. Aug. eo libentius oculos nostrę mentis conuertimus, quò ordo ipse in nascentis ecclesię sancta institutione, ac primorum Christianæ religionis clericorum norma traditionibusq; fundatus, & sacris institutis ac diuinis regulis eloquijsque diui patris Aug. præmunitus extitit, ab eius primęua fundatione varijs virtutum merits semper resplenduit. Quambrem nonnulli Rom. Pontifices prędecessores nostri innumeris religionẽ ipsam priuilegijs, dignisq; honorum titulis non immerito decorarunt. Vnde nos eorum ductos exemplo decet vt congregationẽ ipsam Lateranen. in agro Dominico multiplices, & vberes sanctæ conuersationis fructus in dies afferentem, nostris etiam specialibus gratiarũ muneribus muniamus, & his quæ pro ipsius ordinis, & congregationis laude, ac personarum vota sub suaui religionis inibi exoluentium pace, & quiete processerunt, ne in contentionis scrupulũ labantur, sed firma pariter, & illibata persistant, nostri adiicimus muniminis firmitatem. Et infra. Priuilegia, concessiones, immunitates, & gratię singulis antedictis Monasterijs, ac locis ipsius religionis, & congregationis per Rom. Pontifices prędecessores nostros, seu pro Ro. Põtificibus se gerẽtes, Reges, Duces, Barones, Principes, Dominia, & Communitates concessa. Quæ omnia haberi volumus pro expresis, & in posterum concedenda in omnibus, & per omnia ad vniuersa, & singula loca, Monasteria, Prioratus, Præposituras, & domos, eorumque personas, quę tũc & procedente tempore ad huiusmodi religionem, & congregationem ac eiusdem Canonicos reducta, & unita essent seu reduci, & vniri contingeret, cum illius ac illorum suppositis, vel vnitis aut per eosdem Canonicè acquisitis, & iusto titulo acquirendis, vt præfertur, extendi debere.

Sixti

Sixti quarti priuilegio ipsius Ordi. Cano. continuata antiquitas comprobatur ad corroborationem præmissorum. Cap. 21.

SVb breui itaque præmissorum Epilogo connectimus; summatímq; in dicto magno Sixti Quarti priuilegio ad prędecessorum suorum indultorum confirmationem contenta exprimere curauimus. In primis de titulo Lateranēsi & Canonicorū regularium propria expreśsione. Secundo confirmantur ibidem omnia priuilegia eidem Canonico ordini per Rom. pontifices prædecessores suos cōcessa. Tertio de exemptione qua dicta religio immediate Apostolicæ sedi subiicitur. Quarto conceditur cura animarum. Quinto ad exemplar prædecessorum suorum de sacris ordinibus suscipiendis plurima conceduntur. Sexto de altari portatili. Septimo de tempore interdicti. Octauo de collectis non soluendis plura concedit priuilegia. Nono quia præfati Canonici nullatenus cogi valeāt ad causas audiendas & curam Monialium. Decimo de bonis eidem religioni legatis atq; relictis. Vndecimo de præscriptione sexaginta annorum. Duodecimo de absolutione à censuris. Tertiodecimo de patientibus defectū natalium & de homicidio. Quartodecimo de audientia confeśsionū. Quintodecimo de insula Tremitana plurima ad prædecessorum suorum confirmationem concedit. Sextodecimo de facultate alienandi mobilia. Decimoseptimo de plenaria indulgentia in articulo mortis. Decimooctauo de stationibus. Decimonono de simplici voto ingrediēdi religionem. Vigeśimo de bonis incertis. Vigeśimoprimo de transitu ad aliam religionem sub excommunicationis pęna: quam tam recepti q̃ recipientis eo ipso incurrūt: nisi seruatis seruādis. Vigeśimosecūdo cōceditur facultas, vt dicta religio gaudeat priuilegijs aliorum quorundam religiosorum, si quæ desint eidem religioni. Vigeśimotertio ad instar prædecessorum confirmatur longęua auctoritas prędicandi, ipso iure eidem religioni concessa. Vigeśimoquarto quòd largiśsimè intelligantur priuilegia ipsi ordini concessa. Vigeśimoquinto quòd Priuilegia firma, & illibata permaneant à suis prędecessoribus concessa, quale est illud de sepulturis liber eligēdis apud eosdemè Canonicos, ꝙ nullus ipsis inuitis in solo eorū ędificet oratoria, aut sanguinē fundere, aut ignem apponere, aut furtim rapere quis præsumat de

eorum bonis quæ possident, quòd nullo pacto derogetur eorū priuilegijs, quòd nullus cōtra veniat ipsi magno, & amplissimo priuilegio, & quòd ipsis inuitis Canonicis non cęlebretur Officium Mortuorum in ecclesijs suis, quòd denique non prohibeatur parochianis, vt eisdem Canonicis confiteantur. Mandat postremo uniuersis cuiuscunque dignitatis existant, gradus, & status, vt ipsis Canonicis Regu. præsidio sint cum fuerint requisiti. Transumpto denique tam singularis, & pręcipui priuilegij manu notarij fides adhibeatur.

Quod ordo Canoni. Regu. ex ipsa reformatione vnum & idem sit cum antiquo instituto ab Augu. & ab apostolis in prmitiua ecclesia ostenditur ex nouissima retractatione facta ab ipso supplementi Auctore. Cap. 22.

PRoinde ad præmissorum corroborationem subnectimus retractationem factam per eiusdem Supplementi auctorē in eius supplemento nouissime repercusso lib. videlicet 14. fol. 363. vbi sublato figmēto prius ibidem descripto: sub tali verborum forma. Ordo nouus &c. Alijs verbis sic retractans ad litterā dicit. Verum quia de Canonicorum ordine supra lib. 9. aliqua cursim diximus, non ab re pauca hæc quę sequuntur post præfati 9. lib. impressionem ad nostram notitiam nuper allata clariori veritate subnectimus. Quamuis autem supra in Elucidario, pręfatione vltima de ipsa retractatione pauca scripserimus: quæ tamen ibi non sunt inserta, hic breui Epilogo annotamus. Ait ergo idem supplementi auctor abraso vt diximus præmisso figmento,

ORIGO & procursus Canonicorum Regu. eorumque ad nostra vsque tempora regularis obseruantię continuatio.

ORDO Canonicorum Regularium ab apostolis primum institutus, indeque à B. Aug. apud Hypponem Africę vrbem diuinis institutionibus decoratus refloruit varijs postmodū successibus in Hyspanijs, Gallijs, reliquisq; per orbem regionibus, & per Italiā mirum in modum est profusius dilatatus, sed apud Burgūdiam in Beluacensi ecclesia sub magistro sanctoque viro Iuone eiusdem ecclesię Præposito ad pristinam eiusdem ordinis obseruantiam efflorere cępit. 22. anno Imperij Henrici. 3. testis Sigisbertus

in Cronicis,& Vincentius historialis lib.26.c.51. Hanc veritatẽ sequitur auctor Fasciculi temporum,& Venerabilis Antoninus Archiepiscopus Flor. 2.suę Cronicę parte.ti.15. & cap.16. Quod incipit,Circa annos Domini 1080. Sic etiam id colligi potest ex ipsius B.Aug.sermonibus,de moribus,& communi uita Clericorum,quòd Rom. Pontificum Canones,& Doctorum dicta certissima veritate testantur.

CERTVM quo nam successu in Italia,& apud cęteras quamplures nationes varijs temporum emergentibus casibus idem Ordo multipliciter à domino sit reformatus,optimè testantur vetustissima,& auctentica librorum testimonia. Nam per sanctissimum virum Frigianum Lucen.episcopum,de quo magnus meminit Gregorius in Dialogorum lib.per Tusciam,& vniuersam pene Italiam fuit sparsus, & auctus. In Anglia quoque per Augustinum Anglorum episcopum iussu & mandato beatissimi Gregorij institutus est,quod habetur in Decretis à Gratiano ca. quia tua fraternitas.12.q.1.In Gallijs etiam ante,& post longa tẽpora B.Vgonis,& Ricardi de S.Victore. Itemque in Italia usque ad tempora B. Petri Damiani apud Rauennam primum in Canonica S.Marię in portu, Deinde per Italiam ab eo capite est propagatus. Ipse namque vir sanctus clara ex familia de Honestis Rauennę natus prius apud Auelanę locum Eremiticam duxit vitam,deinde Episcopus Hostiensis,& Cardinalis ordinatus tempore schismatis inter Cadolũ episcopũ Parmẽsem, & Alex. 2.pileo à se sponte abdicato ad Canonicam præfatam se transtulit,ibique post multa præclara librorum edita opuscula,& pietatis magnificę gesta,eiusdem loci Prior sanctę,pieque,in Domino quieuit.Extant vsque in præsentiarum Constitutiones ab eo editę de communi vita Canonicorum Regu. & Pascalis 2.auctoritate confirmatę.Floruit idem ordo,& mirabiliter auctus tẽpore Benedicti 12.qui circa annos Domini 1342. ipsum ordinem priuilegijs, & constitutionibus ab ipso approbatis decorauit.

VERVM ENIM VERO Canonicus idem ordo in Ethrurię Regionis agro Florentissimè,& in agro Lucen.apud Canonicã sanctæ Marię de Frigionaria felici religionis successu à domino est reparatus. De ipsa quidem ordinis continuatione meminit idem Archiepiscopus Flo.eod.ti.& cap.33.§.& flores apparuerũt

in terra nostra. Nam vt idem testatur, & Canonici Regu. in loco prænominato olim ab illustri Mathilda Comitissa cōdito, duobus mediantibus viris eiusdem ordinis professis, vita, & doctrina preclaris, circa hæc tempora à domino sunt reformati, & vsq; hodie Abbatiam Fæsulanam possidēt sub vno capite, & congregatione degentes. Sed verius dicuntur Canonici Regu. diui August. & congregationis Lateranen. S. Saluatoris de vrbe.

AT QVI fuerint præfati viri duo Auctenticis scriptis, & certa veritate compertum habetur. Hi videlicet extiterunt eiusdem sanctę Regularis obseruātię auctores D. Leo de Charate, & D. Tadęus de Bagnasco Canonici ambo reg. Cęnobij S. Petri Papiæ in Cęlo aureo professi: & ipsi viri Venerabilis patris Bartholomęi de Columna sacerdotis, & Dei Præconis celeberrimi, cuiusq; Romani consilio, & hortatu ad præfatum locum se recipientes sanctam reformationem sub regulari eiusdem ordinis obseruātia, & sub arctissima paupertate Dei cooperante gratia fundarunt.

SI QVIDEM Leo venerabilis vir dum præfati Cęnobij S. Petri in Celo aureo sub Abbate Prior existeret, & iuris Canonici Doctor, quasi alter Helias spiritu Dei feruens zelo arctioris vitę succensus ex præfato Cęnobio de consensu Abbatis, & conuentus eo loci Frigionariæ se contulit gaudens, ipsius loci allectus grata & amæna solitudine, & Sancta Canonicorum ibidē conuersatione comperta permotus. Quod, & publico super hoc instrumento rogato manu Ser Ioannini de Piscarij notarij, & ciuis Papiensis firmissimè constat. Erat enim tunc temporis notarius eiusdem Cęnobij S. Petri in Celo aureo, vt habetur in Archiuis eiusdem Cęnobij, cuius quidem exemplar vsque ad nostra tempora penes quendam cum alijs originalibus ciuem Papiensem de Vegijs conditum esse dinoscitur. Hūc itaque virum prius nomine Leonardum, sed postmodum Leonē vocatū, paulo antę præcesserat Venerabilis sacerdos, & concanonicus eiusdem Cęnobij S. Petri Celi aurei de Papia prælibatus D. Tadęus diuino numine afflatus qui ad eam reformationē coadiutor ardentissimus extitit, & præfati sacerdotis hortatu Anno videlicet Domini 1402. primus post iacta Regularis eiusdem ordinis, & arctioris obseruantię fundamenta, pręfatam Frigionarię Canonicam Vicarius, & subinde Prior non multo post præfati D. Bartholomæi de Colūna præsidentis coadiutor incredibilis feruoris proui-

uidentia gubernauit. Cui postmodum in Priorali administratione prefatus D. Leo successit, quo etiam tempore videlicet Anno salutis 1410. idem pater Leo D. Vincentij Ianoti, tunc Prioris S. Frigiani de Luca precatu nõnullos ex Canonicis de Frigionaria ad eiusdem ecclesię reformationẽ concessit, vt expresse habetur ex publico instrumento, quod habet in archiuis S. Frigiani rogato manu Ser Raphaelis quondã Nicolai Benedicti de Luca. Igitur prænominati duo prefati Cenobij S. Petri Canonici ordinis prius professi post Venerabilem D. Bartholomeum Columnam ibidem prius pręsidentem, quasi duo Candelabra in domo Domini rutilantia eam congregationem vitę sanctimonia, & doctrinæ splendore, mirabiliter illustrarunt. Erat etiam id temporis apud Cartusien. cęnobium non longè ab eo Frigionariæ loco distãs Venerabilis nomine Nicolaus de Albergatis Bononien. postea ab Eugenio 4. Cardinalis tituli S. Crucis creatus. Hic paulo ante comperto prædictorum virorum proposito dum apud eum prius hospitio fuissent excepti, ad cũ locum eos ipse perduxit.


ET QVIDEM eo in loco idem canonicus ordo per longa antè tempora indefesse viguerat, quod eiusdem loci etiam testantur antiqua successiuè pontificum Rom. priuilegia, Non longè uero post contigit, vt vna cum pontifice Maximo Greg. 12. D. Gabriel Condolmerius Venetus, postea Eugenius 4. eiusdẽ Grego. Papæ ex sorore nepos Cardinalis dum ad Lucen. vrbem cũ præfato Pontifice peruenisset, eius sancti propositi, & Canonici ordinis inclyto comperto successu, singulari admodum lętitia gauisus est. Nam dum antea Venetijs, & Pataulj ad eiusdem patris Bartholomęi Columnę sacras cõciones innumerabilis ferè populi cõcursus haberetur, quamplures vtriusque sexus ex patricio Veneto sanguine iuuenes ad Christi suaue iugum conuerteban tur, ex quorum numero idem D. Gabriel vnus erat, qui simul cũ paucis congregationis S. Georgij de Alga Venetijs initium dederat.

IDEM autem D. Gabriel Cardinalis creatus, deinde inito Pontificatu Euge. 4. nuncupatus Lateranen. ecclesiam, in qua per longa antè tempora præfatum ordinem Canonicum testantibus Pontificum priuilegijs uiguisse cõstat ad primęuum eiusdem ordinis statum reducere volens dictæ congregationis Canonicis

accer-

accersitis de consilio, & consensu dominorum Cardinaliũ, certa scientia, motu proprio, & auctoritate apostolica eidem congregationi mox ipsum locum per eosdem reformandum restituit. Sicque incorporauit, vt deinceps pręfata congregatio ab ipsa Lateranen. Basilica S. Saluatoris de vrbe perpetuis futuris temporibus denominaretur, & dictæ congregationis Regulares Canonici de eiusdem Basilicæ capitulari gremio vbicunque domino seruientes Clerici censerentur, & essent. Et alia quamplura ibidẽ prosequitur in sua retractatione idem frater Iacobus Philippus Bergomensis supplementi auctor, cuius retractantia verba prolixius ibidẽ descripta causa breuitatis omitto. Sed hæc sufficiant, vt resipiscant aduersarij qui gloriantur hunc se errorem (retractatum tamen) pro clypeo sumpsisse. Quippe qui cognoscentes se ueracissimis testimonijs, & rationibus conuictos, quasi cęcutiẽtes harundineo baculo inhæserunt. Hũc etiam errorem nonnulli historiarum ignari suis inserere voluerunt scriptis, excusantes se ita eo supplemento comperisse quasi cęci cęcum sectantes: q̃ si præfatę congregationis vt pręmissum est originem, & procursum legissent, vtique in foueam non corruissent. Hi sunt Germanus quidã Teutonicus, & medicus in suo amplo volumine cronica historiata. Et incertus quidã auctor in additionibus ad Vincentium historialem, cui vt ipse pręmittit ex cronica quadam noua, videlicet ex supplemento multa & insulse quidem scripta adiecit, & alius quidam Brixiensis Capriolus in cronica Brixiensi, à plerisque tamen in multis reprobata, cum alijs erroribus descripsit suam ignorantiam, referens in auctorem supplementi, cuius retractatio nouissimè in ipso supplemẽto, & in hoc opusculo sat efficax est ad comprimendos falsarios, & Canonici ordinis aduersarios.

Explicit quarta pars principalis.



QVIN-

QVINTA PARS PRINCIPALIS IN QVA COMPRIMVNTVR ADVERSARIORVM OBIECTIONES Et Frivola Argvmenta.





IS Itaquæ præmissis supereſt vt consiliorum venalium rationes contra Canonicum ordinem cōprimamus. Prima eorum ratio eſt ab antiquiori inſtitutione. Secunda ratio à Regulę Priori approbatione. Tertia à litterali priori denominatione. Quarta à dignitatis Abbatialis prælatione.. Quinta ratio ſumitur à cōſuetudinis obſeruatione. Sexta ab arctioris vitæ profeſsione. Septima à nobilioris ſuppoſiti conſideratione.

AD PRIMAM eorum rationem, quæ ſumitur ab antiquiori institutione. Arguunt enim in primis ex Regula iuris in 6. Qui Prior eſt tempore, potior eſt in iure, & à ſimili arguunt ex glo. in cap. quorundam. de elect. in 6. vbi Io. An. dicit in ver. prædicato. Nota ſemper fratres Prædicatores præmitti, quia antiquior fuit ipſorum inſtitutio. Item de exceſ. prælat. c. nimis. el 2. de priui. In his. de exceſ. pręla. c. vno. in 6. de deci. c. 1. in ſuperſcrip. cum ſimili. & de reli. domi. c. 1. Et ibi Gemi. & doc. no. ordinem ſeruandum in proceſsionibus Ar. à ſimili. c. Epiſcopos. 18. diſt. glo. not. pro generali regula, quòd qui prius dignitatem ceperunt, præferendi ſunt alijs, 74. diſt. epiſcoporum & 75. diſt. c. vlt. Et extra de maior. & obed. c. 1. quoniam ille gradus cęteros antecellit quem labor prolixior, & impedimenta longiora fecerunt anteire, vt c. de offi. magi. offi. l. nemo. & ff. de albo ſcribendo. l. 2. &c.

QVIA ergo ipſi Monaci cęperunt à Paulo primo Eremita & ab Antonio, qui fuerunt ante Auguſtinum: imo vt dicūt ordo Monaſticus cepit ab Helia & Heliſęo & reliquis, qui primo elegerunt

runt vitam solitariam cum filijs prophetarum. Ad hoc dicēdum, ꝙ siue à causa remotissima, siue à causa remota in veteri & nouo testamēto arguendum sit, siue à causa propinqua, scilicet ab vtriusq; ordinis institutoribus: simpliciter sunt antiquiores Canonici Regu. vt supra in Elucidario, & in prima parte principali huius operis probatū est. Et ratione Clericatus digniores, vt supra ostensum est in prima huius libri parte. Et ratione excellentissimi institutoris B. Augu. qui tempore, & dignitate, & doctrina præstantior, nec sanctitate inferior B. Benedicto. Sed nec institutio Monacorum in communi viuentium propriè loquendo non habuit specificam rationem originalem à Paulo & Antonio & huiusmodi, quia secundum Doct. Aliud est esse Monaci ab esse Eremitę. patet extra, de senten. excom. c. super eo. vbi dicit tex. Monaci & Eremitæ: ista enim copula &, ipso iure nō ponitur nisi inter diuersa. Nec obstat si pari ratione dicatur de Clericis, & Canonicis qui inter se videntur valde diuersi. Ad hoc dicendum quòd alia, & alia est ratio in Canonicis, & alia in Monacis. Canonici enim cum primis Clericis uoto se astringebāt, & consequenter erant in statu perfectionis, vt supra ostensum est ex doctrina S. Tho. & Petri de Palude. & Archid. in cap. qui vere. 16. q. 1. dicit ꝙ non est vita conformis inter Eremitas, & Monacos, quia Eremitę sicut & nūc poterant cōtrahere matrimoniū, sed non Monaci professi, de quibus est glos. vlti. in ca. scripsit. 27. quæst. 2. nec illi uotum habebant paupertatis, quia Paulus primus Eremita fecit testamentum. 19. q. 3. §. contra, & sic in terminis loquitur Glo. in cap. ex parte. 2. in ver. constitutus. de conuer. coniugatorum, & ita notat d. Abbas, & per moder. plenè tractatur in c. cum Ioannes Eremita. de fid. instru. Nazarę i autem in veteri testamento uoto se Deo obligabant, vt supra ostensum est ex doctrina S. Thomę in Elucidario, & apostoli, eorumque successores Apostolici verisimiliter tria essentialia religionis vouebant, & successiuè B. pater Augustinus cum Clericis suis edificato Monasterio cæpit uiuere secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam, ad instar primorum Clericorum qui tria essentialia vouebant. Concordat Speculator in 2. & 6. parte Rationalis diui. offic. Et sic concluditur siue loquamur de regula regulante B. Augustini, qui regulam approbatam in specie elucidauit, quę nihil aliud est quàm totius euangelicę, & apostolicæ per

fectionis

fectionis speculum, siue loquamur de regula regulata quæ est Canonicus ordo, siue Canonicorum regu. religio, cōformitatē eandem habet cum Leuitis, Nazaræis, voto vouentibus, & cum primis Clericis, quam quidem conformitatem Monaci cū primis Eremitis strictè non habent. Tertio si in ordine ad causam propinquam loquimur in quantum Augustinus fuit institutor Canonicorum, & Benedictus Monacorum fundator, vt etiam dicit Io. An. in cap. quod Dei timorem. de sta. mo. sic dicendum est, quòd Augustinus fuit tēpore Theodosij magni, Damasi Papæ, Basilii, Hieronymi, & Ambrosij, circa Annos Domini 380. beatus vero Benedictus circa annos Domini quingentos triginta quattuor, tempore Totilę, vt refert B. Gre. in lib. Dia. & Archi. Floren. in 3. parte suę Cronicæ, in eadē sacro ordine. dicit quòd Aug. floruit longè ante Benedictum per centū annos, & eo amplius, vnde Canonici Regulares qui fuerunt instituti à B. Augu. vtique fuerunt longè antè Monacos Benedictinos. hæc ille. non obstat capitulum ex auctoritate. 16. q. 1. vbi dicit Greg. Monacis sacerdotibus figuram apostolorum tenentibus. Ad hoc dicendum quòd Monaci sacerdotes figuram tenent apostolorum, nō in eo quòd Monaci sunt, sed in eo quòd sacerdotes. Dictum est autem supra, quod vni sigillatim ex priuilegio conceditur, non statim omnibus conuenit. 16. q. 1. cap. hinc est. Non tamen sequitur quòd Monacis per se competat, vt sint Clerici. i. ex natura eorum, & primæua eorum institutione, sed per accidēs, & dispēsatiuè ex priuilegio. Et Glo. ibi in verbo sigillatim arguit, quòd priuilegium cōcessum uni non extenditur ad alios. habetur idē di. centesima prima. cap. contra morem. 7. q. 1. Petisti. Et in d. ca. hinc est, dicit Gratianus. in fine, Hieronymus refert Monacos Scithię conuenisse in vnum vt sacerdotem sibi inuenirēt. & paulo superius dicit idem Gratianus. Aliud enim conuenit cuique, scilicet ordini Monacali, vel Clericali ex eo quòd Monacus est, aliud ex eo quòd clericus est. Sicut aliud conuenit cuique ex eo quòd ciuis est ex priuilegio, & aliud ex eo quòd ciuis est per naturam. Sunt enim quibus per se competit ex natura vt sint tales, sunt quibus per accidens cōpetit esse tales. Monaci ergo vt Monaci sunt, repræsentant filios prophetarum in solitudine uiuentes, & vitæ solitariæ vacātes, in veteri testamento, & in nouo largè quidem, sed non strictè repręsentant primos illos Eremitas

in solitudine viuentes. Canonici verò vt dictum est repræsentant strictè quidē Nazaræos voto dedicatos, & Leuiticos sacerdotes in veteri testamēto, & in nouo clericalem cōmunitatem apostolicam, quam B. Augustinus propriè, & specificè cum suis Clericis assumpsit, & obseruandam in scriptis tradidit successoribus suis Canonicis clericis. non ergo dixit B. Greg. Monacis sacerdotibus figuram apostolorum tenentibus propter statū Monacalem, sed propter sacerdotij celsitudinem, quam quidē dignitatem sigillatim quasi aduentitiam, & per accidens. i. ex priuilegio Monaci quidam singulariter asserti fuerunt aliquando, qa vt dicitur in cap. hinc est. 16. quæst. 1. non prohibentur Abbates fieri sacerdotes, cum B. Benedictus iubeat Abbatē fratribus egredientibus, & regredientibus benedictionē dare. Glo. in ver. Abbates, idest sacerdotes ingredientes Monacale claustrum non prohibentur fieri Abbates.

VBI ETIAM notandum est quod dicit Greg. Monacos figurā tenere &c. quasi impropriè dictum, quia Canonici Reg. non figuram, sed veritatem successionis tenent ab Apostolis, & primis Clericis traditam. s. Clericalem seu sacerdotalem communitatem, quam propriè, & in specie assumpsit B. Magnus pater Aug. ecclesiæ sanctæ lumen, & Antistes inclytus. Rectè ergo dixit B. Greg. quòd Monaci non simpliciter, sed sacerdotes Monaci figuram tenent veluti vmbram, quæ inferior est ipsa veritate succedēte. Et habetur. 12. q. 1. c. Illi. vbi dicitur quòd Clerici sunt successores apostolorum. tex. ibi dicit quòd clerici successores eorū sunt, scilicet apostolorum, similiter & Monaci laicorum de quibus dicitur, multitudinis credentium erat cor vnū &c. Et quòd de Clericis in communi viuentibus intelligatur textus, patet ex sequentibus quæ dant intellectum ad præcedentia, vbi sic ad literam loquitur tex. Necesse est ergo vt ipsi videlicet Clerici eorum sequātur vitam quorum in ecclesia gradum administrant, & ibi tex. iūcta Glo. in ver. Clerici, propriè loquitur de Clericis, de quibus dicit tex. in fine. Non ergo sibi aliquid proprium vendicabunt, sed erunt eis omnia communia. Sunt ergo Canonici successores apostolorum quò ad duo, videlicet quo ad Clericatus dignitatem, & quò ad regularem statum, quę duo regularibus Clericis per se competunt. Monaci autem successores sunt solum ad cōmunitatem, & in hoc conueniunt cum Canonicis, non autem

in Clericatu, in quo sunt natura diuersi. Clerici autem Seculares cum Canonicis conueniunt quidem in Clericatu, sed non in vitæ communitate, à qua sunt relaxati. Monaci autem cum prædictis Clericis priuatim viuentibus in clericatu, aut in communitate uitæ non conueniunt, ex quo sequitur quòd Canonicus ordo medium tenet inter Clericos, & Monacos, & vtrisque communicat. In Clericatu quidem cum clericis, & in communitate uitæ cum Monacis. Qua quidē varietate veluti regina in vestitu deaurato circumamicta varietate sacrosancta mater ecclesia pulcherrimè exornatur, quam etiam varietatem qui impugnāt videntur etiam totius vniuersæ ecclesiæ decorem pariter deformare. patet veritas ad obiecta inducta contra antiquiorem Clericalem institutionem in ipsis Canonicis Regula. primaria eorum fundatione consistentem.

AD SECVNDAM Monacalem rationem quę sumitur à priori Regulæ Benedicti approbatione. Dicunt enim Iuristæ quidā in suis venalibus consilijs pro Monacis Benedicti regulam prius fuisse approbatam, inducentes pro rotunda decisione tex. Alex. 3. in c. super eo. de regu. Ad hoc dicendum ꝙ de priori approbatione regularum si volumus rectè iudicare necessaria est historiarum notitia, & temporum discretio, à qua penitus nudos, & ignaros se ostendunt dicti iuristę, ideo dicendum est primum ꝙ ex text. illo Benedicti regula ius nullum Prioritatis sibi vendicat. Ponderanda sunt enim prius verba tex. qui dicit, quòd Clericus veniens ad monasticum ordinem si ante professionem redire voluerit, deserat indumenta cum quibus à sęculo venerat ad monasterium secūdum Regulam B. Benedicti. Ecce patet, quòd nec propter illam simplicem nominationem inferri potest rotunda decisio, vt isti imperitè dicunt, nec ex tex. quidē elici potest prior approbatio regulæ Benedicti: hoc autem sic multipliciter deducitur.

PRIMO quidem sic. Si regula Beati Benedicti ex tex. illo ius prioritatis accepit, ergo tunc cępit vim approbationis habere, quando tex. ille ab Alex. 3. manauit, & non ante. Sed in contrarium facit tex. Inno. 2. in cap. perniciosam. 18. q. 2. vbi idem Pōtifex qui longè antè præcesserat Alex. 3. inducit pro approbatis tres antiquas regulas B. Basilij, Augu. & Benedicti. Ergo non rotunda decisio cōtra Geminianum, & Philinum, & alios eorū sequaces.

SECVNDO sic. Nam quorum est eadem ratio, eorum est eadē iuris dispositio, sed vbi in Canonicis, & monacis est eadem ratio, etiam in vtrisque est eadē iuris dispositio. maior de se patet; quia sicut in d.c. super eo. tacite innuitur regulę Benedicti approbatio, pari etiam ratione in eodem titulo illud idem infertur ex cap. sane. immediate sequenti, vbi tam ex tex. eiusdem Alexan. 3. quàm ex Glo. iubetur Canonico Regu. à Monastico ad Canonicum ordinem reuerti, si absque petita licentia Pręlati trāsierit, quòd arguit leuitatis signum si contempta superioris obediētia, & licentia non petita etiam ad minus arctam transierit, in quo casu iubet dictus Alex. 3. Canonicum illum ad Canonicam reuerti, iuxta Glo. quæ inducit in eo. tex. Concilium Eduense in c. Nullus, tempore Greg. 7. celebratum, inducit etiam Glo. ibidem cap. mandamus tex. Vrbani. 2. 19. q. 3. Qui quidem Pōtifices per centum ferè annos Alex. 3. præcesserunt. Quo stante fundamento sic arguo: à religione non approbata ad religionem approbatam simpliciter, & absolutè quisque potest transire. cap. fin. de reli. domi. & eo. tit. in 6. c. vno. & eo. lib. c. 1. de voto, ergo si in vtroque tex. scilicet. c. super eo. & cap. sane. immediate sequentis, est eadem ratio, eadem etiam erit de vtroque ordine iuris dispositio, quia indifferēter ex hac ratione, & tacitè infertur ex vtroque tex. quòd vterque ordo tempore Alex. 3. erat quidem tacitè approbatus, sed non tamē ex hoc innuitur quòd Monasticus ordo prius fuerit approbatus, cum illud idem elici potest de Canonico ordine ex cap. sane. immediate sequenti, vt probatum est, qa vbi est eadem ratio, ibi est eadem iuris dispositio, & sic rotundę decisionis fundamentum in venalibus cōsilijs totaliter corruit, quia regula Benedicti ex tex. illo non cępit habere vim prioritatis approbationis, vt inferre videntur illi domini consiliarij.

TERTIO contra istos Iure consultos est tex. c. cū causam. de electione, in quo scribit Inno. 3. quòd quamuis in ecclesia Lucana S. Petri foris portam multi Priores continuè vnus post aliū per longa tempora fuerunt electi non professi: Quia tamen quidā presbyter Bonus non erat professus, quamuis à maiori parte Canonicorum electus esset Prior. Et quia talis consuetudo nō iuuabat, vt ibidem notat Glo. ex ca. ad nostram. & c. cum inter vos. extra de consue: Et ut dicitur in tex. d. cap. cum causam, quia non quod factum sit, sed quid faciendum sit considerandum est l. sed

licet.

licet.ff.de offi. præsid.& l.penul.ff.de iusti.& iur.& 93.distin. egimus. Ideo in tex.d.c.cũ causam strictè præcipit, & mãdat Priori S.Frigiani, vt abrogata posteriori consuetudine diffiniat Canonicos illos ad primæuam immemorabilis initij cõsuetudinem redire, & electionem illam irritam habere, ac compellat præfatum presbyterum Bonum sic non professum electum, aliosque Clericos non professos electores, vt vel B.Aug.regulam in eadẽ ecclesia constitutam profiteantur, & seruẽt, aut ipsam ecclesiam omnino dimittant. Ecce contra rotundam decisionem. ca.super.eo, quia non persunctoriè, & narratiuè nominatur regula B. Augu.sicut regula.B.Benedicti in c.super eo. Sed dispositiuè, & præcisè, & diffinitiuè in d.c.cum causam. Papa demãdat B.Aug. regulam ibi ex longæui, & immemorabilis initij vsu constitutã; profiteri, & saluari. Quæ omnia tam præcedentia quàm subsequentia Canonici ordinis solida fundamenta, si togati illi rectè ponderassent, certè non tot cantilenas facerent: quia licet Inno. 3.paulo post Alex.3.successerit, ex ponderatione tex.d.c.cum causam. colligitur expresè, quòd Inno. qui fuit auctor Concilij generalis Lateranen. à quo manauit.c.fin.de reli.domi.vbi expresè iubetur quòd de cętero nullus inueniat nouam religionem, sed qui conuerti voluerit, vnam de approbatis regulis assumat: Cumque præfatus Inno.3.fuerit auctor tex.d.c.cum causam. elicitur expresè ex eo tex.ꝙ B.Aug.regula per lõgissima tẽpora tacita saltẽ approbatione lõgè antè Alex.3.fuerit approbata, aliàs nõ diceret lõgęua cõsuetudo, vt colligitur est tex. Papa diffinitiuè præcipit, & in specie ipsam B.Augu. regulam profiteri, & obseruari.

QVARTO contra rotundam decisionem uenalem sic nostra cõclusio deducitur, nam licet ex tex.c.iuxta. 16.q. 1.ibi Alex.2.nominet simpliciter regulam beati Benedicti non tamen infertur ex eo tex.ius prioris approbationis regulæ B.Benedicti. Sic enim ponderanda sunt verba Alex.2.in ipso c.iuxta.quod Monaci omnes quamuis religiosi etiam ad normam beati Benedicti intra claustrum morentur iuxta Calcedonensis Concilij tenorem vicos, Castella, Ciuitates peragrare prohibentur, & à populorum prædicatione omnino cessare iubentur. Facit ergo tex. ille magis pro Canonicis Regularibus: quibus Clericalia officia exercere, & prędicationis munus non prohibetur. Per quod datur intelligi, quòd Canonicis Regularibus per se competit esse Clericos.

ricos. Et cõsequenter concluditur Clericalẽ B. Aug. & apostolicã Regulam eo ipso quo fuit prius instituta, ipso iure etiã prius fuisse approbatam. Colligitur etiam Ignorantia istorum Iuristarũ, qui pro rotunda decisione nescierunt dare textum Alexandri secundi, qui longè ante Præcesserat Alexandrum 3. Sed nescierunt neque intellexerunt, quia in tenebris ambulant.

QVINTO sic proposita nostra conclusio pro Canonicis Regularibus congregationis Lateranensis sancti Saluatoris de vrbe deducitur. Nam sicut habetur ex Auctentico transumpto Gregorij Papæ 9. ex Archiuis Abbatię sancti Augustini de Placentia, ibi Gregorius 9. dicit, ad exemplar Alexandri secundi, Canonicus ordo sub sedis Apostolicæ protectione suscipitur, & sic tacita saltẽ approbatione videt̃ prius Canonicus ordo fuisse confirmatus ante textum dicti Capituli Super eo. Facit etiam ad hoc quod habetur in textu Nicolai Papæ primi, qui per ducentos Annos ante Alexandrum secũdum fuit coronatus, tempore scilicet Lodouici secũdi, anno Domini. 864. Idem ergo Nicolaus Papa in fine c. pręsens. 20. q. 3. dicit. Canonicos religiosos non putamus à consortio Monacorum seiunctos, & licet ibi nominet Monacos, constat tamen quia religiosus propriè, & strictè non dicitur nisi certam regulam approbatam profiteatur. cap. vnico. de voto. in sexto. & ibi Panormitan. ergo Canonicus ordo etiam tunc erat approbatus, nec obstat quòd etiam ibi Monaci nominantur. quare ad hoc dicendum, quia non negamus B. Benedicti regulam longè antè Concilium generale ex diuturnitate saltem temporis fuisse probatam, sed negamus absolutè, & simpliciter ipsam Benedicti regulam fuisse prius approbatã. Negamus inst. per prædictas tres regulas antiquas speciali approbatione Sedis Apostolicæ indiguisse, quia nondum manauerat talis constitutio prohibens quemadmodum manauit ex Concilio generali Lateranensi in c. fin. extra de reli. domi. & eo. tit. c. vno. lib. 6. quare ibi expressè prohibetur absque Sedis apostolicæ auctoritate nouam inueniri religionem.

PROINDE aduertendum est hoc esse quod principaliter intẽdimus, ꝙ in toto corpore iuris nunquã poterit assignari tex. antè d. Conciliũ, vbi ad instituendũ seu monasteriũ Collegiũ causa religionis requiratur in specie Apostolicæ Sedis approbatio, prætequàm in cap. 18. q. 2. Sed tex. ille est Concilij Calcedonensis,

vbi

vbi expresse prohibetur tantum quòd nullus sine episcopi conscientia Monasterium ædificet. Sed tale decretum non obligabat Augustinum, tum quia Augustinus factus presbyter de consensu Valerij Episcopi accepto ab eo horto Monasterium Clericorum mox instituit, & cępit viuere secundum regulã sub sanctis apostolis constitutã, vt ipsemet fatetur in sermonibus de cõi vita clericorũ, Et Posidius Calamẽsis eps refert hoc idẽ in vita ipsius. Et ecclesia cantat in eius solẽnitate cuius auctoritas suprema. c. si Romanorum. 19. distin. tum etiam quia B. Augustinus factus episcopus iam senior propria auctoritate quando regulam edidit vt ipse testatur in dictis sermonibus vbi dicitur: Non decet episcopum, non decet hos canos vestem preciosam, Itẽ ad hoc non obligabatur B. Aug. qui fuit ante Concilium Calcedonen. Siquidem B. Augu. obiit circa annos 434. Et Concilium ipsum manauit anno. 450. tempore Martiani Aug. & Leonis primi, sed bene obligabat B. Benedictum qui post d. Concilium obijt circa annos Domini 540. Item ad hoc obligabatur B. Benedictus, vt Monasterium cum licentia episcopi, & regulam institueret, non tamen obligabat B. Augu. quia ante Conci. Calcedonense hoc idem fuit institutum in Concilio Cartaginen. cui ipse pater Aug. interfuit, vt habetur in cap. qui religiosis, vbi prohibetur expresse sine episcopi auctoritate Monasterium institui, ergo non neglexit Augustinus procurare ipsius instituti approbationem, quam ipse sciebat propria auctoritate sufficere, cum auctor ipse fuerit, & dux omnium Cõciliorum Cartaginen. quæ in ipsis 11. annis, quibus fuit episcopus fuerunt celebrata. Ergo ipso iure potuit August. episcopus, quod non potuit Benedictus simplex Monacus terrore prædictorum Conciliorum.

NON OBSTAT c. Ecclesia. de cons. dist. 1. Vbi dicitur ꝙ sine nutu Apostolicæ sedis Ecclesia non debet institui: quare ad hoc dicendum quòd illud Nicolai 1. Decretũ fuit postea reuocatũ per contrariam consuetudinem & approbatam constitutionẽ Concilij Aurelianen. vt patet in c. proximẽ sequẽti: vbi dicitur nemo ecclesiam ędificet antequam episcopus ciuitatis veniat. Ergo sola auctoritas episcopi sufficiens erat: non autem approbatę sedis auctoritas: vt patet in d. c. quidam, & c. qui religiosis. 18. q. 2. Item quia ecclesia loquitur de Dedicatione Ecclesiæ: non autem de institutione Monasterij vel regulæ.

NEC

NEC OBSTAT Glo.in d.c.Ecclesia:vbi dicit quòd ex quo ecclesia non potest construi sine auctoritate Rom.Pontificum: multo potius aliqua noua secta sine eius auctoritate non potest construi. Ad hoc dicendum quòd antecedēs est falsum per prædicta: sed cum dicitur quòd aliqua noua secta sine ipsius Pontificis auctoritate construi, tunc non poterat:dicendum est q̄ si causa religionis hoc fieret, ipso iure collegium erat approbatum, vt infra latius patebit. Item contra prædictam Glo. est tex. Concilij Agathen.in c.cellulas. 18.q.2.vbi dicitur, Cellulas nouas aut cōgregātium ecclesias monasteriorum absq; episcopi notitia prohibemus institui. Ergo ante d. Concilium generale sufficiebat auctoritas episcopi.

PRAETEREA firmiter tenendum est q̄ B.Aug.non nouam religionem, sed antiquam clericalem vt episcopus ipso iure approbante institutionem reformauit:& regulam apostolicam vt doctor Ecclesiæ in ipsius regula declarauit:vt ex dictis suis sepe probatum est:& ex ipso tex.regulæ patet cuiq; legenti illam. Ipse nāque B.Aug.non alium viuendi modum suis Clericis Canonicis tradidit nisi eum qui ante ab Ecclesia ex apostolicis institutis fuerat approbatus. Hæc conclusio continet tres partes: prima quòd antequam essent istæ regulæ erat alius modus ab Ecclesia approbatus:secunda q̄ ille modus non alius fuit quàm Clericalis religionis status voto confirmatus:tertia q̄ ipsum in specie viuendi modum B.Augu.assumpsit,& obseruādum Clericis suis tradidit in ipsa sua declaratoria regula quam speculum nominauit:vt dicit Possidius in vita B.August. Prima pars conclusionis patet ex doctrina B.Thom.in 4.dist.38. concor.& Pet.de Pal.ibidem. Et probatur dictum B.Thom.ex tex. Decreti Clementis & Vrbani. c.dilectissimis.c.scimus.c.videntes. 12.q.1. Secunda pars cōclusionis patet ex c.quare tua fraternitas,vbi dicit Grego. ad Augustinum Anglorum episcopum scribēs. 12.q.1. Quare tua fraternitas Monasterij erudita seorsum non debet fieri à clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ (auctore Deo) nuper ad fidem perducta est: hanc debet instituere conuersationem quæ in initio fuit patribus nostris.i.apostolicis viris, in quibus nullus eorum ex his quę possidebat proprium habebat, sed erant illis omnia communia. Et in c.dilectissimis.dicitur,communis vita omnibus fratres necessaria est,& maximè his qui Deo irreprehensibiliter

liter militare cupiunt,& vitam apostolorum eorumq́ue discipulorum imitari volunt. Et hoc ex superscriptione d.cap.patet, quia de primitiuę ecclesiæ clericis ad quos scribit idem Clemens, nec aliter intelligendum est:& infra. Quapropter hæc uobis cauenda mandamus,& doctrinis, & exemplis apostolorum obedire, præcipimus. Et in c.scimus: ipsum clericalem viuendi modum à primordijs ecclesiæ approbatum idem Vrbanus clarius exprimit dicens. Scimus uos non ignorare quòd hactenus vita communis viguit, & maxime inter eos qui in sortem domini sunt electi.i.clericos, sicut in actibus apostolorum legitur. hæc ille. Et hunc ipsum modum assumpsit Aug. episcopus cum suis clericis de eorum consensu, vt ipse fatetur in sermone, qui incipit: Caritati vestræ, de communi vita clericorum. quia antequàm promulgaret eius regulam, quam episcopus scripsit, per Lazarum Diaconum iussit legi librum act.apostolo. Vt (inquit) sciatis vbi sit descripta viuendi norma quam desideramus implere. Et hæc est tertia pars cõclusionis, quam etiam Gratianus probat ex text. ipsius patris Aug. ex sermone de communi vita clericorum in c. nolo. quem tex. ad continuationem præmissorum immediate subnectit Gratianus præmissis c. per hoc innuens Aug. non aliũ modum eligisse nisi eum clericalem viuendi modum ab apostolis institutum, vnde in fin.cap.dicit.ita modo, quia placuit eis scilicet clericis meis (Deo propitio) hæc socialis vita: quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto vt inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. Et est text. ex superscriptione.c.in sermone.de communi vita clericorum, quia subiectum ipsius regulę est de cõmuni vita clericorum simul cohabitantiũ in castitate,& obedientia sub vno prælato, & sine proprio viuentium. Et hoc idem confirmatur ex c.non dicatis, proximè sequenti tex.regulæ Augu.& ex c.certe. ibi 12.q.1. Et hunc ipsum viuendi modum clericalẽ quem secutus est B. Aug. explicat idem Vrbanus in c.videntes. Eorum omnibus communi vita degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent.s. eorũ Præpositi, prout melius poterunt, vt nemo in eis egens inueniatur,& infra. Ideo si aliquis extiterit modernis, aut futuris tẽporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur. Ecce patet, quia nec Vrbanus tali damnatione feriendũ etiã quenquam diceret, nec Aug. vllum ex suis Clericis delẽdum esse.

T de

de tabula clericorum Decreto censeret, nisi ratione culpæ mortalis. frustra enim quis sub pęna peccati mortalis ad certum viuẽdi modum obligaretur, nisi esset ab ecclesia approbatus. Vnde idem Vrbanus in fin. d. c. scimus. subdit dicens: Quicũque vestrũ communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat. Grauius enim puniuntur qui votum fecerũt, quàm illi qui sine voto mortui sunt. patet ergo ex his quod talis viuendi modus voto solennizatus erat ab ecclesia approbatus; qui idem faciebat quod nũc facit solennis professio ad certam regulam astricta. Et hoc idem confirmat B. pater Augu. ostendens nõ alium se modum assumpsisse. Scio (inquit) vbi supra me dixisse, vt si nollent suscipere socialem vitam mecum, illis non tollerem clericatum. i. non præcluderem eos fieri clericos. Et sequitur malui habere cęcos, vel claudos quàm plangere mortuos. Mortuos appellat eos clericos qui post emissam professionem volunt habere proprium. Ecce, quia vnus, & idem modus viuendi in Augu. qui fuit antea in primis clericis vitam apostolicam vouentibus, vsque ad tempora Vrbani Papę, & Martyris, & vltra. Ad hoc etiam facit tex. ca. in omnibus. de conse. dist. 5. Ex Concilio Romæ celebrato sub Leone 3. anno Domini 804. Carolo Magno assistẽte, vbi in eo Concilio fuit editus ad vitam clericalem reformandam Liber quinque capitulorum, & appellatus est liber ille liber Canonicus: vbi ad literam est conscripta regula P. Augu. Et reliqui duo sermones de communi vita clericorum. Et hoc ipsum cõfirmatum est in Concilio Aquensi, & Maguntino, vbi ad literam sic dicitur, In omnibus igitur quantum humana fragilitas permittit, decernimus vt Canonici Clerici Canonice viuant, obseruantes diuinę scripturę doctrinam, & documenta sanctorum patrum. Et nihil sine licentia Episcopi vel Prelati eorũ gerere præsumant, simul manducent, & dormiant, in vno claustro maneãt &c. Certè ex his patet expresse quòd huiusmodi obseruantiæ non tam strictè præciperentur obseruari, nisi talis viuendi modus per se, & à primaria sui institutione per beatum patrem Augustinum Hypponensem Episcopum ipso iure; quo fuit institutus, etiam prius ab ipsa ecclesia fuisset approbatus.

SEXTO PATET indubitata veritate Conclusio premissa contra detractores, videlicet quòd regula Beati patris Augustini speciali

ciali nunquam indiguerit Apostolicæ sedis approbatione. Sed ipso iure fuit approbata, quo fuit instituta. patet ex Concilio E-duen. maximę auctoritatis, & sub Gregorio 7. celebrato anno videlicet Domini 1074. Et immediate eidem Grego. Vrbanus 2. auctor Concilij Turonensis successit. Ex his ergo duobus Cōcilijs manauit tex. c. nullus. & c. mandamus. 19. q. 3. quibus cauetur, & strictè prohibetur q Canonici Regulares fieri non debeāt Monaci, quandiu ordinis sui ecclesiā inuenire quiuerint, in qua Canonice uiuendo Deo seruire, & animam suam saluare possint. q si temerario ausu id agere tētauerint Anathematis vinculo obligentur. Quo stante sic arguo. A religione non approbata ad approbatā vnusquisque simpliciter, & ipso iure transire potest. cap. vno. de reli. domi. in 6. imò transiens ad sęculum si matrimonium contraxerit, tenet matrimonium, quia votum non solennizatur, nisi qui certe regulę approbatę se astrinxerit. cap. vno. de voto. iuncta Glosa, imò tales de nouo instituētes religiosam domum sunt excōmunicati per extrauagantē Ioā. 22. ut dicit Abb. in c. fin. de reli. domi. Vnde si ordo Canonicus esset huiusmodi, non posset quis saluare animam suam in Canonica Regu. Si ergo tempore Alex. 3. Benedicti regula cepit habere vim suę approbationis iuxta rotundā decisionē. c. super eo. de reg. vt dicūt iuristę in fauorē Monacorum, ergo tēpore Greg. 7. qui per 100. ferè annos pcessit Alex. 3. qñq; fuit approbatus ordo Canonicus, qñ Monasticus ordo Benedictinen. adhuc nō erat approbatus, & sic implicatio cōtradictionis cōtra Iuristas imperitè loquentes: concluditur ex his, quia ipsò iure Canonicus ordo erat approbatus, & tunc temporis innuitur etiam nō solum approbatus, sed nec indiguisse speciali apostolicę sedis approbatione. Et hoc est qd in hoc secundo membro 5. partis huius operis contra rotundā, & non quadratam decisionem, principaliter intendimus rationibus, & multiplici auctoritate probare.

SEPTIMO pro indubitata veritate tenenda est conclusio quòd prædictę regulæ Augustini, & Basilij in specie nulla vnquam indiguerunt apostolicæ sedis approbatione, sed tantum episcopali auctoritate, ut ex premissis patet. non quidem Augu. episcopi, & Basilij episcopi regula, sed Benedictina tantum regula. nō autem auctoritate apostolicę sedis indigebant præfatę regulæ antiquę ex eo quòd iam precesserant Concilium generale Latera-

nense, à quo manauit constitutio.c.fin. Ne nimia, & ibi propter verbum de cętero innuitur quòd cõstitutio respicit futura, & nõ præterita.c.cognoscẽtes.extra de constitu. Quam quidem cõstitutionem strictius repetit Greg. 10.in Concilio Lugdunensi in ca.vnico.de reli. domi. Certũ est enim quòd Constitutio sequẽs tollit priorẽ, nisi de antiquis fiat mẽtio, ut in d.c.ne nimia, quia ibi dicitur, transeat ad unam de approbatis, quas Inno. 2.in d.ca. perniciosam.distinctè inducit ex indubitata præsuppositione lõgè antè d.Concilium generale quasi approbatas.nam antè illud Concilium generale Lateranẽ.sub Inn.3.Anno videlicet 1215. celebratum, omne collegium propter religionem erat ipso iure licitum.ff.de col.illici.l.1.§.sed religionis, & in iure canonico non erant ante d.Concilium huiusmodi collegia simpliciter ꝓhibita, quę causâ religionis sanctę erant, sicut beatorum Augustini, Basilij, & Benedicti prædicti, prædictę antiquę institutiones. Quo stante fundamento dico quòd quandocũque vnum disponit à iure ciuili non nutriens peccatum, illud etiã & in foro ecclesiastico irrefragabiliter est obseruandum.patet in c.2.de noui operis nuntia. Et Panor. idem dicit in cap.ecclesia S. Mariæ. extra de cõsti. Alia uero collegia ex quauis causa ipso iure erãt prohibita, ut l.3.in principio.ff.eod.tit. & l.1.ff. quod cuiusque vniuersitatis: aliàs si dictę regulę indiguissent speciali approbatione, superfluum fuisset constitutionem illam promulgare in d. Concilio generali, & consequẽter si inualidę fuissent, certũ est quòd Constitutio illa cap.ne nimia, uana fuisset & cassa, nec opus fuisset addere de cetero, nec etiam illud, quòd qui cõuerti uoluerit, ad unam de approbatis transeat. Quare certe flagellandi essent huiusmodi nugaces tanti erroris inuentores, qui non sunt ueriti contra tantũ Doctorẽ, cuius ipsi tanquã pręcipui patroni cultores esse debuerũt, tantã calumniã inferre, ut tantus catholicę fidei defensor, quasi deceptor animarũ fuerit & ꝓditor, ac sic fuerit institutor regulę, quę inanis esset, & inualida vsq; ad Alex.3.ꝑ octingentos annos: qa utique mortaliter peccasset obligãdo clericos suos sub pęna peccati mortalis ad regulam non approbatam, O insensata cura togatorum qui tantopere nequiter insudarũt, ut discordias inter dictos religiosos in eorum Consilijs uenalibus fouerent, & hi quidem pro emungendis Monasticis pecunijs elaborarunt pro uiribus, ut contra eminentissimę auctoritatis

tatis

tatis Doctorem latrantes canes inuenirent, quod nec vsque mo do inuenire potuerunt: nec vnquam in rerum natura inuenire poterunt text. de priori & specifica approbatione regulæ B. Benedicti. Quinimmo cognoscentes se esse confusos quasi rugientes Leones non erubuerūt etiam ignominiosa loqui de ipso tanti antistitis Augu. sacro Canonico ordine: qui tā in collegio Ferrariensi quàm in Collegio Bononiensi multa truffatorie obloqui ausi sunt: quę res procul esse debet & aliena ab omni prorsus sapiēti & grauissimo viro. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? Et cum inuenire non possint tex. prioris approbationis in specie pro regula B. Benedicti, fateātur necesse est ꝙ beatissimi Doc. Aug. Regula & Clericalis Institutio eo ipso fuerit prius approbata, quo prius fuit instituta.

OCTAVO sic deducitur prędicta conclusio hoc præmisso fundamento. Legi Dei deest quicquid Augu. contigerit ignorare. Et sunt verba Volusiani in epistola ad Aug. Quo stante dico, quòd aut Augu. sciuit, aut ignorauit ipsam regulam Apostolicæ sedis specifica indiguisse approbatione. Si ignorauit, certe absurdum est hoc ipsum potuisse ignorare, quia vt dicit Archid. in c. Certè, potuit Aug. de consensu Clericorum suorum uiuere secundum regulam sub sanctis Apostolis constitutam. Si uero sciuit regulam suam indigere speciali approbatione sedis Apostolicę, profecto culpandus erat affectata negligentia quæ ęquiparatur dolo. Dolus in l. j. ff. de dolo. in tex. & Glo. sic diffinitur. Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circūueniendū, fallendum, & decipiendum alium adhibita. Et ideo aliquando (vt in casu nostro) negligentia ad procurandam necessariam in specie approbationem, diceretur lata culpa. ff. man. l. si fideiussor. in principio dicitur, dissoluta negligentia propriè dolus est, id est lata culpa. & quando lata culpa dicitur, notatur in l. nomina. C. arbi. tute. cum suis concordantijs. Sed certe ualde absurdum esset asserere tam excelsum doctorem, & sanctissimum uirum, vel hoc ignorasse, vel sciuisse, & neglexisse approbationem Apostolicæ sedis specificam. Sed puerilia sunt hæc. & ad nouum genus aucupij figmentum machinatum in consilijs venalibus. Vnde pro decisione concludendum est, quòd ante Constitutionē c. ne nimia. de reli. domi. & eo. tit. ante c. reli. diuer. in 6. nulla adhuc emanauerat Cōstitutio prohibens ne quis Monasterium

vel

vel nouum ordinem instituat absque speciali Apostolicæ sedis approbatione, sed bene hoc probitum erat quòd absque episcopi notitia talia instituerentur. Dicitur enim in Arelaten. Cōcilio in c. de Monacis 18. q. 2. Monasterium nouū nisi episcopo permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat. Potuit ergo Aug. vel auctoritate Valerij Episcopi factus presbyter monasterium clericorum instituere, & longè magis factus episcopus institutionem clericalem auctoritate propria fundare, quod non potuit Benedictus simplex Monacus.

PRAETEREA ex Concilio Calcedonen. celebrato sub Leone Papa huius nominis. j. & sub Martiano Imperatore Anno salutis 550 prohibetur sine conscientia episcopi Monasterium de nouo ædificari, & est tex. ibi expressus vbi dicitur, Placuit igitur neminem aut ædificare, aut construere Monasteria, aut oratorij domum sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi. Per quod datur intelligi quòd Benedictus auctoritate propria non potuit qđ Augu. episcopus ipso iure potuit, nec ignorauit P. Augu. constitutionem Concilij Cartaginensis cui ipse tanquam Columna fidei nostræ personaliter interfuit. Dicitur enim in cap. qui religiosis. ea. q. & cap. Monasterium quoque absque episcopi permissione nulli incipere aut fundare liceat. Colligitur ergo ex his omnibus quòd Augu. regula apostolica eo ipso fuit prius approbata, quo fuit prius instituta, nec potuit ignorare tantus Antistes, & insignis doctor, qui in Concilijs Cartaginensibus per Annos quadraginta in episcopatu existēs dux, & auriga extitit. Potuit ergo Episcopus, & Doct. B. Aug. vtique longè maiori auctoritate propria, quod non potuit nisi aliena auctoritate non sacerdos B. Benedictus Monacus, licet vere sanctus.

NONO sic pro cōclusione tenendū est, Quòd vbi agitur de prioritate institutionis & approbationis, necessaria est temporū, personarum, rerum gestarum, & historiarum notitia, à qua se prorsus nudos ostendunt togati illi, qui pro rotunda decisione inducunt c. super eo. Sed absolutè tenēdum est Aug. regulam prius ipso iure fuisse approbatā. Ad quod etiam facit suprema Gelasij Papæ hujus nominis primi auctoritas, qui longè ante per tēpora Gregorium præcessit. Qui licet in libro dialogorum regulam commendet Benedicti, tamen ex illa narratione non vendicat sibi prioritatem approbationis; sed longè ante Grego. Gelasij Papæ

primi

primi Decretum generale præcessit, vbi auctoritate apostolica idem Pontifex principaliter intēdit distinguere libros apocriphos à libris sanctorum approbatis, vt in c.S. Romana ecclesia. 15.dist.& ibi approbantur opuscula sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiūtur, videlicet opuscula B.Cipriani Martyris,& Cartaginensis episcopi. Item opuscula B. Athanasij Alexandrini episcopi. Item opuscula B.Gregorij Nazianzeni episcopi. Item opuscula B.Ioannis Constantinopolitani episcopi. Itē opuscula B.Hilarij Pictauiensis episcopi. Item opuscula B. Basilij Cappadocensis episcopi. Item opuscula B.Augustini episcopi Hypponensis,& reliqua ibidem aliorum sanctorum patrum approbātur opuscula. Ex quibus colligitur quòd si ex rotunda decisione togatorum pro Monacis consulentium in tex.c. super eo. Benedicti regula ius prioritatis sibi vendicat, pari ratione erit prius approbata quàm regula Basilij, quod est omnino falsum, cum vtriusq; tam Basilij quàm Aug. opuscula sint prius approbata quàm esset Benedictus in rerum natura. Nec valet exceptio togatorum immo tanquàm erronea est omnino repellenda, qui ad fugam sibi parandam ne hoc in angulo restringantur obijciunt quòd Gelasius Papa ex illo tex. non intendebat approbare Aug. opuscula, quæ ad mores pertinent, sed solum quæ ad fidem attinent. O cęca,& peruersa distinctio, An non (Apostolo teste) fides sine operibus mortua est? Et quid sunt opera bona nisi mo rales virtutes virtutibus theologicis subiectiuè inhęrentes, quibus certe à malo retrahimur, & ad bonū meritoriū dirigimur, quibus deniq; ad benè beateq; viuendū instruimur? talia ergo opuscula ad mores pertinentia erunt apocrypha? quis hanc vos docuit facere exceptionem? Cęci, & duces cęcorum, quis vos docuit tam excelsum doctorem calumniari? quem patronum vobis peculiariter,& aduocatum pręcipuum venerari debuistis. Cum cantet ecclesia, Præsul sanctiss. Aug. via morum, scripturæ secretū, Doctor egregie; lux doctorū. Quare ergo ꝑ pecunia extorquenda tantā iniuriam refertis in eū qui lux doctorum perhibetur,& via morum, scripturę secretum,& vitę nostrę decretū, doctor denique egregius ac lux doctorū ab ecclesia digno præconio veneratur,& vos sacrilego ausu asseritis opuscula tanti viri moralia debere veluti apochripha excipi, & præcipuè ipsius Antistitis per totū orbem celeberrimam regulam, quam vestris cauil-

cauillationibus vultis fuisse inualidam, & prorsus inanem vsque ad tempora Alex. 3. à quo c. super eo. manauit, & sic per octingẽtos Annos voluistis eam prorsus fuisse non approbatam. Nunquàm legistis neq; intellexistis ipsius sanctissimę regulę text. qui nihil aliud est quàm totius euãgelicę, & apostolicę perfectionis speculum? nec mirum, quia vt propheta dicit ad dominum loquens. Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis, quia iniusta cogitatio eorum. Et benè iniusta, quia præcipuum eorum patronum iniustè calumniãtur, quem veluti vas auri solidum ornatum omni lapide precioso in toto orbe veneratur ecclesia. Itẽ obijciunt quòd ex quo in specie non fuerit ipsa regula nominata in dicto decreto Gelasij, per hoc non intelligitur approbata, sed absolutè dicendum est quòd in specie non erat nominanda: qa pari ratione nec liber de Ciui. dei, nec lib. de. doc. Christiana, & alij huiusmodi libri fuisset approbati, ex quo in specie nõ sunt ibidem nominati, & eadem ratione dici potest de regula Basilij. quæ simili modo inter eius opuscula approbata computatur.

PRAETEREA non erat ipsa regula B. Augu. in specie nominanda, cum eo ipso iure esset approbata quo fuit instituta, ex quo (vt sępę dictũ est supra) regula ipsa erat clericalis, & apostolica norma, vt colligi potest ex tex. ser. eius de communi vita clericorum. Et cum ipsa Augustiniana immo clericalis institutio reformata per ipsum sanctum Doctorem pręcesit, per 100. annos & eo amplius regulam Benedicti, ad hoc dicendum, & firmiter tenendum est illam prius fuisse approbatam, & hoc multipliciter probari potest.

PRIMO quidem, quia ipsius regulę sententię in iure multis in locis, & à Gratiano, & à Doctoribus sunt quasi canones allegatę, vt habetur 86 dist. Quando necessitas 12. q. 1. c. nolo. ca. non dicatis. 5. q. 5. c. non vos iudicetis. 32. q. 5. Non solum, & in alijs pluribus locis, vt supra ostensum est, & ibi sunt verba pręcisè excerpta ab ipsius regulę text. & ibi Gratianus in superscriptione allegat Augustinum de communi uita clericorum. nõ sic de regula Benedicti, cum nisi in uno loco regulæ ipsius sententia vix inueniri potuit in Decretis, quæ tamen sententia ab Augustino prius fuit inducta, vt patet in c. in oratorio. 42. dist. Quot, & quanta tripudia facerent aduersarij regulę B. Augu. si talia de regula B. Benedicti aucupari possent.

SECVN-

SECVNDO hoc ipſum probatur. Nam in fine regulæ mandat beatiſsimus Augu. vt libellus ipſe quaſi ſpeculum ſingula hebdomada legatur. Et in ſermone qui incipit, Charitati veſtrę, & in ſermone qui incipit, propter quod, de communi vita clericorũ. ibi ſub interminatione præcipit, vt qui ſuſceptam ſemel communem uitam non ſeruauerit, caueat ne ſibi damnationem æternam acquirat. Item, quia clericatum illi auferret, vt etiam habetur in cap. certè. 12.q.1. Sed hoc ſine peccato mortali fieri non poſſet ergo tantus vir mortaliter peccaſſet obligando ad regulam non approbatam.

TERTIO hoc item ſic deducitur. Diuturna poſſeſsio ſcientibus Pontificibus, & conſentientibus atque tolerantibus ipſius B. Augu. regulam imò allegantibus illam pro ſingulari canone, fuit quaſi quędam tacita approbatio, non quidem expreſſà, quia tali ſpecifica approbatione nõ indigebat, vt infra §. proxi. Ergo ſicut prius inſtituta per cap. Annos, ita etiam fuit prius, vel tacita approbatione firmata, vt in l. qui in alie. §. j. ff. de acqui. here. cũ ſimil. & in cap. 2. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu Capituli. Vnde à ſimili dicit D. Io. An. & Panor. in ca. 2. in fin. de reſcri. & in proœ. Decre. in ver. Rex pacifi. in penul. col. Decretum dicitur tacite approbatum, licet non expreſsè per ſedem apoſtolicam ex diuturnitate temporis toleratum. Et ita regula Augu. longè antè ortum Benedicti ipſa diuturnitate tacitè fuit approbata. Nam à Damaſo Papa vſque ad Ioannem .2. incluſiuè fuerunt 20. Pontifices, nec poterunt dari pro monacis tot iura quin plura, & antiquiora dari poſsint pro Canonicis. Reg.

SED LONGE' miranda eſt Geminiani, & ſequentium illus leuis argumentatio ex cap. Epiſcopos. 17. diſt. Vbi ſyllogiſticè arguentes trahunt à dicto tex. maiorem quidem veram, ſed minorem vtique falſam ponentes malè concludunt, quia ex eo tex. à ſimili arguunt omnes. Religio cuius approbatio eſt antiquior, illa cæteris eſt præferenda, ſed Benedicti religio eſt huiuſmodi, ergo &c. Et cum ad probationem minoris quæ eſt falſa, infertur tex. c. ſuper eo. Ad hoc dicendũ, quia in rerũ natura nunquã dari poterit tex. quo probari poſsit in ſpecie regulam Benedicti prius fuiſſe approbatam. Diſcant iſti togati uerba tex. cap. ſuper eo melius ponderare, & diligenter examinent, an ex illo text. hæc probatio elici poſsit. Et cum non inuenerint meliorẽ tex-

V tum

tum pro decisione rotunda in sua confusione tabescant tanquam à Deo reprobi, qui approbatam tanti doct. regulam reprobare nituntur.

AD TERTIAM Rationem Monacorum, quæ dicitur literalis ordinis prænominatio. Quia videtur quòd Monaci in ordine literæ præferantur Canonicis Regularibus. Ad hoc primo dicendum quòd ordo literalis non est seruandus vt notat Io. An. in c. statuimus. extra de ma. & obed. Vbi dicitur qui maior est ordine licet minor sit, & posterior tẽpore debet præferri. Idem tenet Io. de Imo. & Bar. in l. nec enim. ff. de solu. vbi text. dicit, nec enim ordo scripturæ spectatur, sed de iure sumitur quod videtur. E per istũ tex. Imol. decidit quòd si aliter constat de mẽte disponentis, quòd non sit attendendus ordo scripturę. Bart. idem dicit in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. sed quòd ordo non impediat casum iure, & voluntatis ar. in l. cum placet. §. fidei tuę. ff. de lega. 2. Et potest asignari duplex ratio.

PRIMA dicitur multiplicationis, quia multa sequerentur inconuenientia.

PRIMVM sequeretur quòd mulieres essent Clericis digniores. cap. dilecta. extra de maiorita. & obed. ibi in ver. Canonicos, & Clericos.

SECVNDVM Inconueniẽns est, quia sequeretur quòd Abbas præferendus esset episcopo. vt in c. prohibemus. extra de renun. Vbi Abbas supra episcopos prænominatur.

TERTIVM sequeretur quòd Abbas præferendus esset Archid. vt in c. 2. extra de iudi. quia ibi pręnominatur Abbas.

QVARTVM inconueniẽs sequeretur quòd Prior esset dignior Archidi. Ecclesię Cathedralis, vt extra de officio Archi. c. Ad hæc nos. & in superscrip. c. cum olim. extra de mai. & obe. Vbi Prior præfertur Archid.

QVINTVM incoueniẽns, quia sequeretur quòd Canonici pręferendi essent Clericis sæcularibus. vt in cap. plerique. extra de pact.

SEXTVM inconueniens sequeretur quòd Iacobus esset maior Petro, quia Paulus in ordine literæ præponit eum Petro, ad Gal. 5. ibi Iacobus, & Cęphas qui videbantur columnę ecclesiæ & cętera.

SEPTIMVM inconueniens sequeretur quòd regula Benedi-

cti fuisset ante regulã Basilij, quia in ordine literę pręponitur in c.perniciosam.18.q.2. Sed tamen Inno.2.primò ponit quasi iuniorem Benedicti regulam, deinde vt simul vtranque monasticam connectat, Basilij regulam simul connominat. Deinde tertio loco quasi clericalem regulam infert, & in fine tex. præponit Monacis omnibus tam Benedictinis quàm Basilien. regulares Canonicos.

VLTIMVM inconueniens est, quia sequeretur quòd Monaci essent omnibus Clericis digniores, q̃ est absurdum. patet per c.principalem.1.q.1.in ordine literę Monaci præferuntur omnibus clericis.

SECVNDA ratio dicitur conclusionis, quia talis ordo inuenitur præposterus, & confusus in multis.

PRIMO Nanque Canonici Regulares Monacis præferuntur, vt in c.Vbicunque.ibi in medio c.Ecclesiam religiosorum Canonicorum vt Monacorum, vel sanctimonialium.

SECVNDO habetur extra de sententia excommuni. in ca.non dubium, vbi primo loco ponuntur Clerici, deinde Canonici, deinde cuiuslibet religionis Conuersi.

TERTIO habetur in c.ex parte.extra de postul.ibi clare Canonici præferuntur Monacis.

QVARTO habetur extra de Simo.in cap.de regu.tex.ibi præponit regu. Canonicos Monacis.

QVINTO ex c.j.extra de iura.calum. Vbi præponuntur Clerici cuiuscumque gradus, deinde abbas, Monaci, & sanctimoniales, & in c.nullus Monacus. 2.q.7.dicitur, episcopi sint, vel religiosi Clerici, vel electi Monaci.

SEXTO in c.Auaritię. in superscrip.extra de præben.ibi Canonicis, & Monacis, uerum, quia togati nõnulli secuti sunt Abbates asserentes quòd Canonici ibi præferuntur Monacis, quia de vicio ibi auaritiæ tractatur, non autem in actu commendabili. Ad hoc dicendum, vt ipse Abbas dicit in cap.capellanus extra de ferijs, quòd doctoribus standum non est nisi in quantum probãt. Sed cum dicti Abbates suspecti sint, nec probent quod leuiter proferunt, ideo non est curandum. Et cum eorum sequaces harundineo ipsorum fundamento innitantur, consequenter non sunt audiendi. Hoc autem fundamentum vtriusque Abbatis q̃ sit leue, & inane probatur, primo, quia in c.Quãto.extra de offi.

iud.ord.præferuntur Monaci Canonicis in vicio, ſcilicet vagationis, proprietatis, & inobedientiæ, de quibus principaliter ibi arguuntur. Item in cap. Monaci, præferuntur Canonicis Regularibus Monaci. extra de ſent. excommu. & tamen ibi de re odioſa tractatur, & criminali, propter quam infertur excommunicatio. Item extra de ſentent. excommu. cap. cum illorum. præferuntur Monaci Canonicis in cauſa culpabili, vt patet in tex. & in ca. canonica. Item in cap. ſicut nobis. de ſup. negli. præla. ibi in re vitioſa Monaci Canonicis præponũtur. Item quam leue ſit vtriuſque Abbatis fundamẽtum cui inhærent conſiliares monaſtici: patet, quia in c. de Monacis, extra de pręb. ſoli Monaci repręhenduntur, & in c. ſequenti. inſtituta. extra ne Clerici, uel Monaci, ibi in uitio auaritię Monaci Clericis pręferuntur. Sed in d. cap. Auaritię tantummodo Canonici reprehenduntur, & præferuntur non quaſi auariores, iuxta vtriuſque Abbatis ridiculoſam deriſionem, quia in tribus præmiſsis c. Monaci includuntur, ſed in cap. Auari. ſoli Canonici nominantur. Vana eſt ergo, & puerilis vtriuſque Abbatis deriſoria locutio, nec viro graui digna, quia apud Rom. Pontifices in toto corpore iuris, nunquam fuit ſeruata talis abuſio, immo contra iuris ęquitatẽ eſt vt delictũ perſonæ cedat in detrimentum totius ordinis ex regula iuris in 6. Verumtamen talis ordo ſeruandus eſt, vbi agitur de Prædicatoribus, & Minoribus, & Eremitanis, quia in tex. ca. quorundam. de elect. in 6. præferuntur in ordine literæ Prædicatores, & talis ordo, quia indifferenter, & vniformiter ſeruatur in iure, vtique indiſtinctè attendendus eſt. iuxta Glo. Io. An. dicit enim. Nota ſemper fratres Prædicatores præmitti Minoribus, & Eremitanis, qa eorum inſtitutio eſt antiquior, & cap. primo. de deci. & cap. 2. de ſup. negli. præla. in 6. & quia ſic conſtat de mente Legiſlatoris, talis ordo indifferenter ſeruandus eſt. In Canonicis uero, & Monacis ſecus eſt, quia in huiuſmodi varius inuenitur ordo literalis vt dictum eſt ſupra.

PRAETEREA literalis ordo vt ſic ſeruandus eſt quando conſtat de mente diſponentis, & hoc ex ordine præcedẽtium ad media, & ad ſubſequentia, quæ dant intellectum ad præcedentia, & econuerſo. Nam ſecundum doc. cũ talis ordo ſeruatur in principio, & in fine, certiſsimè conſtat ex conſequenti fuiſſe ſeruatũ in medio. Vt eſt ad hoc pulcher tex. Inno. 2. in cap. Vt lex continentię.

nentię.27.q.1.Dicit enim ibi Inno.sic:Vt lex continentię & Deo placens mũditia in ecclesiasticis personis & sacris ordinibus dilatetur,pręcipimus quatenus Episcopi,Presbyteri,Diaconi,Subdiaconi, Regulares Canonici, Monaci, atq; Conuersi professi, &c. Primo enim ab Episcopis inchoando in fine ad Cõuersos terminatur ordo:ergo cum post presbyteros,Diacones,Subdiacones, & in fine constituantur Monaci atq; Conuersi professi: consequenter in medio tanquam vtriusque naturam participantes recte ponuntur Canonici Regu. Participant enim vt dictum est in clericatu cum Clericis sęcularibus:& in regulari statu cum Monacis. Simile habetur in c.Saluator.1.q.4.post medium ca.

NEC VALET instantia ex Rubrica de statu Monacorum & Canonicorum Regul. quia ibi præferuntur Monaci Regularibus Canonicis. Ad hoc dicendum: quòd ordo literalis in Rubricis seruandus est, nisi vrgens causa præposterum ordinem inducat,sicut in casu nostro,quia illi ferè omnes tex. principaliter referuntur in Monacos,& vnum duntaxat, vel duo ad Canonicos diriguntur:ideo ratione principalitatis fit de Monacis prænominatio.Hoc cessante casu seruandus est ordo in Rubri. vt in Rubr. Ne Clerici, vel Monachi se immisceant negotijs sæcularibus. Hoc expressius habetur in c.obseruã.15.q.2.vbi interdicitur Clericis& Monacis aduocare, & Gratianus ibi declarat tex.intelligi debere sub appellatione Clericorum: de illis Clericis, qui Canonicam uitam professi sunt: non autem de Clericis sęcularibus.vt in fi.d.c.exponitur. Sic ergo in Rubri.ne clerici uel monaci,appellatione Clericorum veniunt Canonici Regulares.

DEINDE Cum ferè totus ille tit.de sta.Mo.& Cano. principaliter tractet de transgressione Monacorum magis, quàm in d.c.auaritię. certum est vtriusq; Abbatis vanam fuisse inuẽtionem & leuem expositionem,quam minime probant. Verum si seruãdus sit literalis ordo in Rubr. vtiq; in ipsa Rubr.tenendus est, ex eo quòd diffusius de Monacorum relaxatione tractat magis q̃ in d. c.auariciæ.Vide in c.Monaci.& in c. recolentes. ubi acriter Monaci reprenduntur:quòd à prioribus patrum institutis valde sint relaxati,& à primęuo reformationis eorũ feruore collapsi, propter immoderatã rerum temporalium solicitudinem. vtinã hodie ita non sit.Monacorũ enim officium non est hinc inde extra claustra peruagari pro ampliandis, dilatandisq; possessionibus:

etiam

etiam sumptuosis ædificijs inhiare: dicente Propheta, Væ vobis qui iungitis agrum agro: nunquid uos soli habitaturi estis super terram? Sit ergo Monacus claustro suo contentus: sedeat solitarius & taceat. 16. q. 1. c. placuit.

QVAMVIS autem Canonici Regu. in hac materia dudum dormitauerint: interimque dum per immediata suffragia Monaci hinc inde peruagantes togatorum cateruam excitassent, inde factum est ut in auro & argento, & in multitudine congestorum consiliorum gloriarentur: in quibus annixi sunt plerique consulentium candidum ordinem Canonicũ probris potius quàm probationibus impugnare. Certissimè fateor (teste conscientia) dum ante plures annos florente gymnasio sapientum uirorum Pisis vidi ego & legi breuissimũ quoddam Consiliũ Iureconsulto D. Baptistę Catialupo viro grauissimo ascriptum: in quo satis sobrie utriusque Abbatis opinionem referebat. At eo defuncto sub adulterino Catialupi nomine diffusissimum machinatum est cõsilium & impressoribus datum: quod utique nullus sani capitis nõ nisi stomachatus legeret: nec diutius eo machinato adulterino consilio, repentino calamitosoq; interitu vterque Auctor diuina vltione pręuentus est: vnus siquidem Marrani generis: alter uero simulata toga insignitus erat.

QVOD autem in multitudine Doctorum nihil probãtium haud quaquam sit gloriandum: facit doctrina Io. An. in cap. 1. extra de consti. qui dicit quòd quamuis regulariter communis opinio Docto. sit sequenda, fallit tamen vbi errant: & maxime quando possunt (ut in casu nostro) conuinci rationibus & legibus: & allegat. c. Capellanus. extra de ferijs: quem ibi sequitur Abbas, qui & ipse allegat textum in l. j. c. de ve. iur. enucl. vbi propria opinione dicit: quòd forsan etiam deterioris sententia potest multos & maiores in aliqua parte superare: facit ad hoc tex. c. si testis. 4. q. 3. In simili exemplo dicimus de Geminiano, qui & ipse errauit in c. episcopos. dist 17. cum sequacibus qui volunt ex illo tex. Monacos pręferendos esse: inferentes leuissimum fundamẽtum. c. super eo. & c. auaricię. quæ minime illis suffragari possunt ut supra euidenter ostensum est. Pro conclusione igitur tenendum est quod dicit Io. An. in d. c. auaritiæ.

De ordine literę non esse curandum, & Abbatem illum esse suspectum. Simile dicit Io. Imo. & sequitur opinionẽ Cardinalis, qui illud

illud idem sentit. Et hic d. Cardinalis enumerans regulas approbatas in clem. 1. de deci. primo ponit regulam B. August. deinde regulam B. Benedicti. Sed in clemen. 1. de supplen. negli. præla. col. 6 præposterum ordinem struat. Quod innuit hoc esse uel à casu, uel de literali ordine non esse curandum.

AD QVARTAM rationē quę dicitur Abbatialis dignitatis prælatio, dicendum quòd si Monaci Abbates habent, & Canonici regulares habent Abbates & Episcopos, qui simul cum Regularibus Canonicis regulariter antiquitus uiuebāt: & hodie in locis multis viuūt. Hoc etiā in Iure patet: ut in c. statuimus. & c. Mādamus. 19. q. 3. Vbi Vrbanus scribit Abbati Cęnobij S. Ruffi Canonicorū regu. In Gallijs plures sunt Abbatię Canonicorum Regularium. Et Parisijs est Abbatia sancti Victoris, cui præfuit Venerabilis Vgo de S. Victore. Et hic sanctus Doctor in expositione regulę B. Augustini dicit, quòd nomine presbyteri vel episcopus intelligi debet, vel si ibi in canonica illa non fuit episcopus, intelligitur Abbas. Et per id temporis florebant Canonici regulares in Gallijs, in Italia. Et præsertim Romæ in sacrosancta Basilica Lateranensi, vt patet ex priuilegijs dignissimis Innocentij 2. ibi reconditis, & ibi fit mentio de priuilegijs prædecessorum suorum Alexandri 2. qui præsulauit anno Domini 1064. & aliorum prædecessorum suorum qui similibus priuilegijs Canonicum ordinem decorarūt. Et hoc ipsum testatur Gregorius nonus præfatos Pontifices nominando: Ad quorum exemplar Canonicum ordinem velut in ecclesia præcipuum uarijs illustrauit indultis, & priuilegijs. Eius autem Auctēticum Transumptū est in Abbatia S. Augustini de Placentia. Et penes me est aliud Auctenticum transumptum eiusdem Gregorij noni, qui de ipsius Canonici ordinis antiquissima institutione fidem faciens præfatos Romanos Pontifices commemorat, ad quorū instar ipsum Ordinem sub sedis apostolicæ protectione suscepit. Claruit idem Gregorius Anno Domini Milesimo Ducētesimo Vigesimo quarto, vel circa, post Honorium tertium, & Innocentiū tertium, ex quo Auctentico, & irrefragabili testimonio patet dictum Canonicum ordinem floruisse in Basilica Lateranensi tēporibus Alexandri secundi, Gregorij septimi, & Vrbani secundi, & Paschalis secundi, quod etiam aperte testantur Priuilegia in Archiuis sancti Frigiani de Luca recondita, quorum transumpta

etiam

in Ecclesiá Lateranensi; sed etiam in ecclesia S.Mariæ Nouæ, & S.Crucis in Hierusalē; & S.Crhysogoni, & 12.Apostolorum, & S.Petri ad Vincula.Et Alexander 3.ad instar 6.Pontificum prædecessorum suorū,statuit vt in perpetuū,Cardinalis Diaconus tituli S.Marię Nouæ,& presbyter Cardinalis tit. S.Crucis in Hierusalem non eligeretur nisi de gremio Clericorum Regulariū, Capituli sancti Frigiani,vel alterius loci.Exemplaria sunt in Archiuis sancti Frigiani de Luca,& sanctę Crucis Romę.

VBI EST Aduertendum,quòd tempore Gregorij magni in vrbe Clerici Regulares dicebātur,qui nunc Canonici Regulares dicuntur,vt habetur.12.q.1.quia tua fraternitas, vbi idem Pōtifex hortatur Beatum Augustinum Anglorum Episcopū, vt seorsum non fiat à conclericis suis in ecclesia Anglorum, vbi sic ad literā ait. Quia tua fraternitas Monasterij Regularis erudita seorsum non debet fieri à Clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper est ad fidem perducta,hanc debet instituere conuersationē, quæ in initio fuit patribus nostris: in quibus nullus eorum ex his quæ posidebant proprium habebant,sed erant illis omnia communia. Et infra,& sub ecclesiastica regula sunt tenendi vt bonis moribus viuant,& canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus cor, & linguam illicitis, & corpus Deo auctore immaculatum conseruent. Erant ergo in vrbe Clerici Regulares ante tempora Gregorij magni. Et d.Præpositus in apparatu suo decretorum postea Cardinalis,Alex.in c.j.dist.44. & ca.Episcopos.17. dist.distinguunt de triplici Clericorū genere.Secularium videlicet qui proprium habent, & priuatim viuunt: Collegiatorū,qui proprium habēt,& collegiatim viuunt.Et Clericorū reg.qui omnia in cōmuni habent,quique simul sub vno tecto, viuunt sub obedientia superiorum;& continētia,& se,suaq; omnia Deo quasi holocaustum uoto astricti offerūt. Et ad hoc probandum inducit doctrinam S.Tho.Et Io.Beleth.ex glo.fi. in c.dilectissimis 12.q.1.Tandem concludit quòd tales Clerici sic uiuentes in communi apostolorum imitatores tria vouebant religionis essentialia,& sic erant in statu perfectionis,& consequēter regulares erant,qui, & Canonici Clerici etiam dicti sunt ca. in omnibus.de cons.dist.5.Ibi dicitur vt Clerici Canonici canonicè viuant obseruātes diuinę doctrinam scripturę, & documēta sanctorum patrum,& infra.In vno claustro maneant, & singu

sis diebus mane prima hora ad lectionem veniant, & audiant quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant, & obedientiã secundum Canones suis ministris faciant. Glo.in ver. Clerici Canonici exponit de Canonicis regularibus ad differentiam Canonicorum seu Clericorum qui tractu temporis proprium habere cęperunt. Et Glo.in ver. ministris.i.prælatis, quia subditis ministrant. Et licet Præpositus vbi supra dicat quòd tale nomen Clerici Regulares in primitiua ecclesia non erat in vsu, quia adhuc non erant Clerici sęcula.proprium habẽtes, ad quorum differentiam successit tale nomen videlicet Regulares Clerici, realiter tamen Regulares erant Clerici, & ante Gregorium, & post. Sicut non sequitur, In primitiua ecclesia nomen Christianorum non erat in vsu, vt est Glo. in ver. Christianorum, quia primũ omnes fideles fuerunt dicti discipuli uel fratres, sed posteaquàm apostoli Conciliũ Antiochenũ celebrarũt dicti sunt Christiani. 24.q.1.rogamus. Non tamen sequitur ergo non erant realiter Christiani in primitiua ecclesia. A simili nõ sequitur, in primitiua ecclesia nomen Clericorum Regula. non erat in vsu, ergo non erant regulares Clerici tria uouentes substantialia religionis: aliter non fuissent in statu perfectionis illi primi Clerici, quod est falsum, cum essent Apostolici viri quibus inerant primitię spiritus S. Ibant ergo Clerici ordinati in Litanijs in superiori loco, vt supra ostensum est etiam tempore B. Gregorij magni. Vnde in Concilio Constantiensi sic diffinitum fuit. patet etiam ex ordine statuto in constitutione Rom. Ponti. antiqua, quam Alex.4. innouauit. Et Nicolaus 5. similiter vt habetur in archiuis S. Petri de Vrbe. Et penes me est auctenticum transumptum. Quod ex approbata consuetudine statutum est in constitutionibus Synodalibus Episcopatus Papiensis, & Astensis, & ibi sunt originalia. Sicut etiam in Abbatia S. Augustin. de Placentia, & S. Petri de Pado de Cremona sunt originalia de Anno 1499. die Dominico, sexto mensis Octobris ingrediente ciuitatem Mediolani solenni pompa Serenissimo Francorum Rege, & Duce Mediolani, lata est sententia, vt Canonici Regula. immediate post Clerum in digniori loco procederent supra Monasticos ordines. Et de hoc fuit rogatum publicum Instrumẽtum per Ser Baptistũ de Verio dictum de Varigio curiæ archiepiscopalis notarium Mediolanen. Item Bononiæ lata est sen-

sententia simili modo in fauorem Canonicorum Regularium contrà Monacos. ingrediente summo Pont. Iulio secundo ciui tatem Bononiensem. Et de hoc fuit rogatum publicum instrumentum, incipit. In Christi nomine amen, Anno à natiuitate Domini 1506. die Mercurij, vndecimo mensis Nouembris, in qua celebratur festum S. Martini, tempore Pontificatus sanctissimi Papæ Iulij. 2. lata est sentẽtia pro Canonicis Regularibus, vt omnes ordines, & Monacos præcederent, qui immediate post Clerum processerunt. Actum Bononię in cap. S. Bartholomęi portę Rauennatis, in contrata stratę Maris ex opposito turris Asinellorum pręsentibus Ser Ossano Contramagistri, Adec de frassenis notario, & magistro Ludouico Contra Torrelli Pellacano Bononiẽsi ciue capellę S. Blasij testibus ad præmissa vocatis adhibitis, & rogatis. Et dictum instrumentũ rogatum fuit per Ser Benedictum de Oleo notarium Bononiensem ciuem publicũ imperiali, & communis Bononiensis auctoritate. Originale huius est Bononiæ apud D.D. Benedictum de Oleo, Et in archiuis Abbatiæ S. Benedicti de Placentia, vbi etiam est originale ordinis, qui seruatur in publicis Sessionibus, & processionibus, quæ fiunt in celeberrima vrbe Parisien. Et ibi continetur quòd Canonici Regu. in digniori loco præcedũt oẽs Monasticos ordines. Pari modo fuit lata sententia solennis in ciuitate Lucen. pro Canonicis, vt continetur in auctentico instrumento. Cuius originale habetur reconditum apud canonicam S. Mariæ de Frigionaria Lucanę diocesis in eius archiuis. Quare, & antiqua, & approbata consuetudine sicut etiam in plerisque alijs locis Canonici Regu. ipso iure præferendi sunt Monacis omnibus rationibus allegatis vt supra.

AD SEXTAM rationem Monacalem quę sumitur ab arctioris vitę professione dicendum: licet Canonici Regulares ex tenore regulæ dicantur laxiori uitę inseruire. c. quod Dei timorem. extra de regul. tamen vt dicitur in c. præsens. 20. quest. 3. non sunt à sanctorum Monacorum vita seiuncti quo ad substantialia regulæ, vt exponit S. Tho. in lib. contra impugnantes reli. & hoc idem tenet Io. And. in d. cap. quod Dei timorem. Plura enim prohibẽtur Monacis quæ non prohibentur Canonicis Regu. 16. q. 1. ca. iuxta. & c. placuit, ideo laxiori regulæ dicũtur deseruire, ad paria tamen censentur Canonici, & Monaci quo ad ea quæ sunt cõ-

munia vtrisq; circa tria substantialia Regulæ, vt supra ostensum est. Quamuis autem regula magni P. Augu. videatur esse laxioris vitę respectu regulę Benedicti, quia in summa arce discretionis illa fundata est ab eo, qui est via morum; & diuinæ scripturæ secretum, Doctor egregius, & lux doctorum: Attenditur tamen etiam in ipsis Canonicis Regularibus viuendi modus de præsenti respectu constitutionum vt ostensum est supra. His igitur stantibus dicendum est, quod hæc ratio secundū omnes doctores in cap. sanè. & in cap. licet. extra de regul. trans. habenda est in cōsideratione ad validitatem transitus, non autem ad præcedentiam, in qua principaliter attenditur ratio antiquioris institutionis vt supra ostensum est per Glo. in cap. quorundā. de elect. in 6. & in c. Episcopos 17. dist. Et ibi plene per Doc. Vnde arctitudo secundum omnes doc. & Tho. tantum facit ad transitus validitatem, nō autem pręsidentiam. Alias sequeretur quòd fratres sub regulari obseruantia degentes præferendi essent Secularibus Clericis, & Canonicis, & alijs laxioris vitę religiosis. Et sic propter austeritates plures, & pedum nuditates Iesuati quoscūque præcederēt, quod est absurdū dicere. Sic ergo pro cōclusione tenendum est hanc non valere consequētiam, Arctioris sunt vitę Monaci (quod tamen dubium est) ergo præferēdi sunt Canonicis Regularibus. Sed ista inuenta sunt ad fouendas cauillationes in consilio collegij Paduani. Ipsi namque Iureconsulti collegij Paduani primum consuluerunt pro Canonicis Regul. super antiquitate Clericali ipsis Canonicis per se competenti: Et fortissima fundamenta adduxerunt in fauorem ipsorum Canonicorum. At secundo loco oblatis in maiori summa pecunijs consilium aliud pro Monacis miro artificio cuderunt, omnia tamen confirmantes, quæ in primo consilio pro Canonicis rectè consuluerunt: sed in calce consilij secundi adiecerunt sic, Nos omnia (inquiunt) concedimus, quòd ipsis Canonicis Reg. per se competit vt sint Clerici, Et quòd antiquioris sint institutionis, & approbationis. Sed nos dicimus ꝙ Monaci sunt arctioris uitæ, & maioris sanctitatis hęc illi. Deus autem ponderator spirituum est. Nos vero Canonici plurimū debemus illis, ꝗa in secūdo cōsilio corroborarūt, & confirmarunt ꝗd principale est in casu nostro. Gloriantur enim Monaci habere consilium Bononien. & Ferrarien. & Patauinum, scilicet secūdum: quod magis

gis

gis facit pro Canonicis, quàm pro Monacis, quia id totum cõfirmant in secũdo quod in principio rectius cõsuluere, quia nec arctitudo nec maior sanctitas est in consideratione præcedẽtię, vt ex præmissis patet. Sed cautius & ęquius se habuere Ticinen. Iureconsulti, qui cognitis melioribus rationibus pro Canonicis consulere quique nec prece nec precio deflecti unquam potuerunt. Quinimo ipsi Monaci oblato illis non paruo auri põdere, vt retractarent, reiecti sunt ab ipsis Ticinẽsibus Iureconsultis, conscientiam, & famam pluris facientibus quàm pecuniam cui obediunt omnia. Nihil enim est iniquius quàm amare pecuniam. hic enim, & animam suam venalem habet. Ecclesi. 10. cap. patet ergo rationem Monacalem ab arctiori vita sumptam nullius esse in casu nostro valoris, & momenti. Et consequenter concluditur tam primum quàm secundum Collęgij Patauini consiliũ simul cum Ticinẽsi collegio pro Canonicis cõcludere.

AD SEPTIMAM Rationem Monacalem quę sumitur à nobilioris subiecti consideratione quia dicunt Monaci, se plures habuisse Sanctos, Pontifices, episcopos, & Abbates, quàm omnes alij ordines. Ad hoc dicendum ſm Speculatorem, ꝙ omnes Põtifices, archiepiscopi, patriarchę, episcopi primitiuę ecclesiæ fuerunt Clerici Regulares, puta Petrus, Linus, Cletus, Clemens, & huiusmodi usque ad tempora Vrbani primi inclusiuè, & successiuè vsque ad tempora Gre. magni non defuerũt Regulares Clerici, qui longè ante Greg. & ante Benedictum ab ipso magno P. Aug reformati sunt, vt supra probatum est. Et hanc ipsam veritatem vltra prædicta multipliciter demonstramus.

PRIMO auctoritate Pauli. 1. Cor. 1. in persona Apostolorum omnium. Nos (inquit) primitias spiritus accepimus. Quo stante fundamento arguo sic ex doctrina S. Tho. Nullus dicitur esse in statu perfectionis nisi aut ratione episcopalis status, aut ratione regularis professionis, quæ ordinatur ad tria substantialia regulæ. sed sancti Apostoli rõne vtriusq; fuerunt perfecti, & in statu perfectionis. ergo Regulares fuerunt. alias Apostoli fuissent minus perfecti quàm alij religiosi perfecti, quod est falsum.

SECVNDO hoc confirmatur supposita Augu. auctoritate in lib. q. no. & vete. test. quòd nullus vnquam fuit sanctorum, qui ita euangelicam doctrinam intellexerit quemadmodum Apostoli, qui fuerunt Christo fide, & amore coniunctiores, conuiuentes,

&

& familiares, iuxta illud, vos dixi amicos meos, quia quęcunque accepi à patre meo nota feci vobis. Nec vllus vnquam fuit ante illos nec post, qui euangelicam perfectionem impleuerit, sicut illi Spiritus sancti igne accēsi, & diuino lumine illustrati. Sed si nō uouissent tria religionis essentialia, non fuissent quò ad hoc in statu perfectionis, quia religio strictè sumpta secundum B. Tho. secunda secundę, constituit hominem in statu perfectionis, ergo fuerunt Regulares.

TERTIO hoc idem confirmatur præsupposita, & concessa famosa inter Doc. & disputata veritate, quòd nulli sanctorum vel ante Christi aduētum, vel post fuit data maior copia Spiritus S. quàm ipsis Apostolis: immo nec Abraam, nec Moyses, nec ullus sanctorum Patriarcharū, & Prophetarum, nec Paulus primus Eremita, nec Antonius, nec ullus Anachoritarum aut Monacorū, nec Basilius, nec Aug. nec Benedictus, nec Dominicus, nec Franciscus fuerunt adeo perfecti, sicut Apostoli, eorumque successores apostolici viri primę nascentis ecclesiæ. Vnde longè maioris perfectionis est esse perfectū, & in statu perfectionis, quàm alterū istorū habere. ergo si tales nō fuerunt regulares, nec in statu perfectionis fuerunt, & consequēter quisque religiosus sanctus perfectioris fuisset cōditionis quàm singuli Apostoli, sed hoc est falsum. Ergo eminentiori modo fuerunt, & in statu perfectionis, & perfecti, & consequenter fuerunt regulariter professi apostoli, eorumque successores viri apostolici.

QVARTO confirmatur hæc ratio per Augustinum de Ancona in libro de potestate Papæ, vbi dicit quòd Christus vocauit apostolos ad tria, videlicet ad Prelationem, ad Religionis perfectionem, & ad Animarum Curationem per Sacramētorum administrationem. Primo modo Episcopi, Patriarchę, & Pontifices, qui sunt & esse debent in statu perfectionis ad præbendum alijs exemplum repræsentant apostolos: quibus dicitur, Vos estis sal terræ: per quos secundum Chryso. cęteri sunt condiendi doctrina & exemplaritate vitę. Secundo modo Clerici in primitiua ecclesia & eorum successores Clerici Regulares repræsentant Apostolos in specie. Monaci verò ac religiosi, reliqui præfigurantur in genere per Apostolicam religionis perfectionem. Sed Clerici Regulares per specificam & immediatam primitiuam successionem per B. Augu. specificè reformatam. Sed per alios institu-

institutores sub quadam generalitate: quò ad religionis statum. fuit illa regularis professio figuratiuè assumpta, vt supra ostesum est. Tertio modo sacerdotes curati: & postmodum ex priuilegio alij religiosi eũ statũ pręfigurant & potestatem quæ fuit a Christo in Apostolis & per Apostolos in septuaginta duobus discipulis deriuatiuè transfusa. Facit ad hoc glo. in c. videntes. 12. q. 1. in verbo Episcoporum: qui locum tenent Apostolorum. Vbi dicit: Episcopi tenent locum Apostolorum quò ad prelationis dignitatem, Monaci, idest regulariter professi quò ad renunciationem propriorum & communem vitam, & sic intelligitur tex. c. ex auctoritate. 16. q. 1. cęteri vero sacerdotes curati quò ad sacramentorum dispensationem. 11. q. 3. absit. 21. di. in nouo. 68. dis. quorum vices. Fuerunt ergo Apostoli & eorum apostolici viri Clerici immediati successores regulares Clerici & regulariter professi, in specie illos repręsentantes, quò ad clericatum, & regularem statum, Monaci vero & alij qui post in ecclesia paulatim pullularunt, statum illum regularem præfigurant sub quadã generali communitate: non tamen ad Clericatum, qui illis tantum per accidens non ex primęua eorum natura competit, sed dispensatiuè. ideo primaria eorum institutione non dicuntur Clerici sicut Canonici Regulares secundum regulam sub sanctis apostolis constitutam per B. Augu. in specie reformati, quorum specificam naturam semper retinuerunt, & successiuè retinent Canonici Regu. Lateranen. vt supra in 4. huius operis parte diffusè probatum est.

QVINTO cõfirmatur ueritas ex approbata doctrina sancti Tho. in 4 dist. 38. arti. 2. q. 3. ad 2. Argumenum. Idem tenet Pe. de Pal. ibidem, dicit enim quòd priusquam essent regulæ istę quę nunc sunt, erat quidam uiuendi modus ab ecclesia approbatus, qui illud idem faciebat, quod nunc facit sub certa regula approbata regularis professio. Sed Regularis professio secundum d. Doc. constituit hominem in statu perfectionis: ergo à diffinitione ad diffinitum erant illi Clerici in statu perfectionis, & consequenter regulariter professi, quibus in omnibus, & per omnia successerunt Canonici Regu. quibus secundum Tho. per se competit ut sint Clerici religiosi, Clerici (inquit) quò ad Clericatum, & Religiosi strictè quo ad regularem perfectionis statum ergo. Canonici Regu. in specie repræsentant illos primos Clericos quò ad

ista

le,vt patet in c.literaturam.extrà de voto.Et licet Glo.in d.ca.qui bona,inducat Vgonem tenere quòd talis peccet mortaliter,sed non loquitur in isto casu,sed de eo qui fecit votum in corde cũ mentali promissione, quæ obligat Deo intuenti cor,licet non homini qui iudicat solum quæ foris sunt secundum Tho.secunda secundæ quæst.88.ar.1.Tertius status est cõsummationis,scilicet cum quod firmiter proposuit promittit animo obligandi se,quia nemo obligat se nisi qui animum obligandi se habet.l. obligationum.la j.ff.de act. & obliga. Vnde solum propositum non obligat,& ideo iura quæ videntur dicere quòd propositum deliberatum obligat,ut in cap.nuptiarum.27.q.1.& d.c.qui bona.& in cap.consulti.de regul.cum simil.intelligenda sunt de proposito cum promissione firmato.Quartus status uoti est solemnizationis.s.cum solemnizatur per aliquod institutum ab ecclesia,vt est ordo sacer.qui implicite includit promissionem castitatis,& obedientię. Ad propositum ergo redeundo, certum est enim quòd talis qualitas adiuncta ordini non cedit ad diminutionem clericatus,sed potius ad perfectionis augmentum,patet in cap. quanquàm.23.distinct.Vbi dicitur, Omnes qui sacris ordinibus mancipãtur expedibile est, vt promissionis suæ vota sub cautione spondeant. Et in c.de his.28.dist.dicitur de professione clericorum ad castitatem,vnde grauius peccat cęteris paribus clericus in sacris ordinibus constitutus si aliquid contrariũ sanctitati agat,quàm alius religiosus qui non habet ordinem sacrum, quia per sacrum ordinem aliquis denotatur ad dignissima mysteria quibus ipsi Christo seruitur in sacramento altaris: ad quod requiritur maior sanctitas interior quàm requirat simpliciter religionis status: multo maior sanctitas requiritur si ista duo simul coniungãtur: hęc Tho. secunda secundæ q.184.ar.8. in cor.q.in fin.Sic ergo dicitur quòd talis uotiua castitas annexa ordini non minuit,sed perficit ordinem sacrum per quem primo modo solẽnizatur votum. Secundo modo solẽnizatur votũ religionis professione siue expressa siue tacita facta alicui de religionibus approbatis,& ideo sciendum secundum Tho. vbi supra ar.4.Si nunc de statibus loquitur prout scilicet ex diuersitate statuum quędam ecclesię pulchritudo consurgit. Et quantum ad hoc est considerãdum,quod ad hocquòd aliquis adipiscatur statum libertatis vel seruitutis duo requiruntur.

Primum quidem obligatio vel absolutio, non enim ex eo quòd aliquis alicui efficitur seruus, quia etiam liberi seruiunt, Gal. 5. Per caritatem Spiritus seruite inuicem: nec etiam ex hoc quòd aliquis desinit seruire efficitur liber, sicut patet de seruis fugitiuis: sed ille propriè est seruus qui obligatur ad seruiendum, & ille est liber qui à seruitute absoluitur. Secundum quod requiritur ad hoc quòd aliquis adipiscatur statum obligatio prædicta, sed cum hoc q̃ cum aliqua solemnitate fiat, sicut, & cęteris quę inter homines obtinent perpetuam firmitatẽ quędam solemnitas adhibetur. Sic ergo in statu perfectionis dicitur esse aliquis, non ex hoc quòd habet actum dilectionis perfectè, sed ex hoc quòd obligat se perpetuo cũ aliqua solemnitate ad ea quę sunt perfectionis, hæc Tho. vbi supra ar. 4. Et ideo cõcludit Tho. vbi supra q. 186. ar. 1. quòd antonomasicè. i. per excellentiã religiosi dicuntur illi qui se totaliter mancipauerunt diuino seruitio, quasi holocaustum Deo offerentes, sicut Greg. dicit super Eze. In hoc autem perfectio hominis consistit, quòd totaliter homo Deo inhęreat, & secundum hoc religio strictè sumpta nominat perfectionis statum. Cum ergo (vt dicit Tho. vbi supra ar. 5.) ad statũ perfectionis requiratur obligatio perpetua ad ea, quæ sunt perfectionis cum aliqua solennitate, vtrunque autem istorum competit, & religiosis, & episcopis. Religiosi enim Clerici more Apostolorum, qui (vt supra dictũ est) uocati sunt ad religionis perfectionem, se astringunt ad hoc quòd à rebus Sæcularibus se abstineant, quibus licitè vti poterant ad huiusmodi, q̃ liberius Deo uacent, in quo consistit perfectio præsentis vitæ. Vnde Dio. dicit 6. c. eccl. hier. de religiosis loquens. Alij theopentas. i. Dei famulos ex ipso Dei seruitio, & famulatu. Alij vero Monacos ipsos nominant ex singulari eorum vita intuentes ipsos indiuisibiliũ sanctis conuolutionibus. i. contemplationibus ad deiformẽ veritatem, & amabilem Dei perfectionem. horum autem tam religiosorum Clericorum quàm Monacorum obligatio cũ quadam fit solemnitate professionis, & benedictionis.

Cum itaque secundum Tho. ubi supra. q. 186. ar. 6. ad religiosos pertineat quòd sint in statu perfectionis, sicut patet ex prædictis: ad statum autem perfectionis requiritur obligatio ad ea quæ sunt perfectionis, quæ quidem Deo fit per votum: Manifestum est ex præmissis quòd ad perfectionem Christianæ vitę pertinet paupertas:

pertas, continentia, & obedientia, & ideo religionis status requirit vt ad hæc tria uoto quis obligetur. Dicit enim Tho. ad 1. arg. vbi supra, quòd ad perfectionem vitæ dominus pertinere dixit quòd aliquis eum sequatur, non qualitercunque, sed vt vlterius retro non abiret. Vnde ipse dicit, Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. Et quamuis quidam de discipulis eius retrorsum abierint, Petrus tamen loco aliorum domino interroganti, nunquid, & vos vultis abire? Respondit, domine ad quem ibimus? Vnde Augu. in lib. de cōsen. Euange. dicit, quòd sicut Marcus, & Matthæus narrat, Petrus & Andreas non subductis ad terram nauibus tanquam causa redeundi secuti sunt eum, sed tanquam iubentem vt sequerentur, secuti sunt dominum. Hæc autem immobilitas sequelæ Christi firmatur per votum, per quòd tamen non tollitur libertas ad bonum. Vnde Augu. in epistola ad Armentarium dicit, & Paulinā. Nō te vouisse pæniteat, immo gaude iam nō licere tibi quod cū tuo detrimento licuisset: felix necessitas quæ in meliora compellit. Dicit enim B. Tho. secunda secundæ. q. 88. arg. 4. ad 1. ar. quòd sicut non posse peccare non diminuit libertatē, vt patet in Deo & in beatis: sic mobilitas ad bonum firmata per votum non minuit libertatem arb. & talis est necessitas uoti similitudinem quādam habens cum cōfirmatione beatorum, & ideo dicit August. Felix necessitas &c. Et post ea verba sequitur non te uouisse pæniteat, immo gaude iam tibi sic non licere quod cum tuo detrimento licuisset. Voluntas ergo immobiliter firmata in bonū ex uoto non tollit libertatem, & auget meritum, vt concludit B. Tho. vbi supra ad 3. ar. quòd Apostoli intelliguntur uouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum relictis omnibus sunt secuti.

Hoc autē sic deducitur ex præmissis uoti diffinitionibus. Primo notanter dicitur uotum esse supererogantis boni, quia in voto de re necessaria ad salutem non propriè inuenitur ratio uoti: ideo dicitur Mat. 19. quòd Dominus dicenti adolescēti se omnia mādata Dei custodisse à iuuentute sua, respondit. Si uis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Secundo notanter dicitur propter bonū finem, ideo sequitur, & habebis thesaurum in Cęlo. Tertio dicitur promissio, Deo facta, & veni sequere me, & vt dicit Hier. ad Heliodorum. Difficilia sunt hæc,

sed magna sunt præmia credentibus, quasi dicat, hæc difficultas tollitur per fidem informatam,& consideratione mercedis. de primo dicitur ibidem,cum Apostoli dixissent,quis ergo poterit saluus esse? Respondit Iesus aspiciens discipulos:apud homines hoc est impossibile,videlicet quod facilius sit camelum per foramen acus transire,& ꝙ diues difficile intrabit in regno cœlorũ, & statim subdit omnia possibilia sunt credenti. Tollitur secundo hæc difficultas ex præmij considerata mercede inæstimabili, ideo ibidē dicit, amē dico vobis ꝙ vos qui secuti estis me &c.& omnis qui reliquerit do.&c.centuplum accipiet &c.Quarto pronuntiatio oris,& testimonium aliorum,& quia ad statum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ sunt perfectionis cum aliqua solemnitate,& vtrunque istorum competit religiosis,& episcopis,ideo utrunque Petrus istorum statum præsignans scilicet religiosorum,& episcoporum ostendit dupliciter, primo quò ad solennem obligationem professionis religiosorum. Mat. 19.& secundo quò ad solennem obligationē episcoporum denotatur.Io.vltimo c.Quò ad primum denotatur solennis professio Petri quò ad deliberationem, & quò ad propositũ firmum voluntatis cum dicit: Ecce, quò ad vtrunque refertur: deinde cum dicit.Nos,quia in persona omnium sic profitentiũ loquitur. Sequitur ꝓmissio in qua perficitur ratio voti de re bona, & secuti sumus te,quod pertinet ad ea quę sunt perfectionis. Sequitur quintũ scilicet pronunciatio oris,quia in persona omnia pronunciauit communem omnium professionem cumdixit,nos,& testimonium aliorum,in quo terminatur status uoti solennis cum spe pręmij:ideo dicit, Quid ergo erit nobis? Intelliguntur ergo apostoli secundum Tho.vbi supra uouisse tria essentialia religionis,nec propter tale uotum dignitas Clericalis in Apostolis, & in eorũ imitatoribus Clericis in aliquo fuit diminuta,immo ad perfectionis culmen illustrata, & sic apostoli dicuntur vocati ad perfectionis statum. Quòd autem in Petro denotata sit Episcoporũ solennis obligatio, per quam & ipsi cōstituũtur in perfectionis statu,cum etiam uocati sint ad prælationem secundum Aug.Anco. vbi supra.& hoc ostenditur Io.vlt.c. in trina illa interrogatione Iesu Christi facta ad Petrum, & ex illa trina Christi adiuratione facta ad Petrũ,& ex trina respōsione Petri facta in Christum,denotatur solemnis,& perpetua obligatio,

tio,quam successores Petri,& Apostolorum faciunt.s.Episcopi vt dicitur in c.significasti.extra de elect.Mirentur in hac causa dominum nostrum Iesum Christum,qui cum suarum ouium curam Petro committeret,conditionem apposuit dicens,si diligis me pasce oues meas,nec semel tantũ,sed secũdo et vsq; ad cõtristationem,qua nos solicitudine oportet tantam ecclesiæ prælationem imponere fratribus nostris.i.Episcopis quorum cõsciẽtias non videmus. hæc ille,& vt dicit Thom.secunda secundæ.q. 184.ar.5.Episcopi obligant se ad ea quæ sunt perfectionis, Pastorale assumentes officium, ad quod pertinet quòd animam suã ponant pro ouibus suis: Io. 10. Et cum hæc solennis obligatio constituat Episcopos in statu perfectionis secundum Tho.vbi supra. Concluditur ergo quòd sicut uotum castitatis in Clerico ordinato secundum ritum ecclesię occidẽtalis,& in religiosis apostolis eorumque apostolicis Clericis primæ nascentis ecclesiæ tria religionis essentialia vota,& in Apostolo Petro,& Apostolis eorumque successoribus episcopis ad pastorale officium perpetua, & solẽnis obligatio constituit illos in statu perfectionis,nõ ad destructionem,sed ad Clericalis status perfectionem, Ita in Clericis Regularibus quos B.Aug.ad apostolicam, & Clericalẽ normam reduxit,hæc regularis professio nõ ad clericalis status destructionẽ,sed ad illius perfectionẽ cessit. Et sicut Apostoli ex tali professione eorũque successores strictè,& propriè dicti sunt religiosi Clerici: ita cum B.Thom.dicat quòd Canonicis Regularibus per se competat vt sint clerici religiosi, illa adiectio religiosi non adimit,sed auget Clericatus dignitatem in ipsis: dicti enim sunt per se.i.essentialiter Clerici,propter Clericatum in illis ex primaria institutione ab Apostolis per August. institutum. Dicti sunt secundo strictè religiosi propter perfectionis statum. in quo constituuntur ad exemplar primorum clericorum,per regularem professionem,& trium votorum emissionem. Sequeretur ergo secũdum insulsam istorum rationem,si ex tali adiuncta professionis qualitate minueretur clericalis dignitas, quòd clerici qui de consensu suorum prælatorum aliquando suscipiũt vota,extra de voto. ca.magnę.& cap.fin.& successiuè imitatores apostolorũ cleri tria religionis vouentes vsque ad tẽpora Clem. Papæ,& Vrbani.j.& B.Aug.& B.Greg.desinerẽt esse clerici.quod est absurdum,& contra iura quę habentur in c.dilectissimis.cap.

scimus.

ſcimus.c.certè.c.nolo.c.nō dicatis.& c.quare tua fraternitas. 12. quęſt.1.in quibus Gratianus oſtēdit qualiter clerici illi primi ad exemplum Apoſtolorum uonebant, & tamen in eis eſſentialiter vigebat clericatus. Vnde Augu.de ſuis clericis profeſsis in ſermone de communi vita clericorum dicit. Duo profeſſus, clericus, ſanctitatem, quæ pertinet ad interiorem exterioremque caſtitatem, & obediētiam, & clericatum.i.fraternitatem clericalem in communi uiuentium clericorum. Manent ergo iſta duo in canonico ordine cōnexa ſimul, & cōnaturalia, & quaſi coęua, ſicut calor, & ſplendor in igne ab ipſius naſcētis Eccleſię primordijs, videlicet clericatus, & regularis ſtatus: ꝓpter quod dicti ſunt clerici religioſi, clerici propter clericatum illis per ſe primo cōpetentem, & religioſi ſtrictè propter religionis ſtatum, in quo cōſtituit illos regularis profeſsio, ab Apoſtolis per Augu. immediate contracta, vt plene probatum eſt ſupra. Concluditur ex his ꝙ uota nō ſunt ad deſtructionem clericatus, ſed ad illius augmentū perfectionis. Talia enim uota ſunt remedia ſpiritualia, & medicinę virtutum, animarum quē conſeruandarum optima cōdimenta. Et hāc ipſam clericalē regularemq; profeſsionem continuatis ſucceſsibus ex natura Canonici ordinis retinuerunt, & proprie retinent ex primęua eorum inſtitutione Canonici Regulares, quib. per ſe competit vt ſint Clerici religioſi idest Clerici profeſsi, ſicut ex doctrina B. Thom. ſupra oſtenſum eſt.

SEPTIMO patet ex doctrina Archid. in apparatu Decretorum c. certe. 12.q.1. vbi dicit quòd Epiſcopus cum conſenſu Clericorū ſuorum vel Canonicorum poteſt ſtatuere ꝙ nullus Clericus ordinetur niſi voueat uitam communem ad maiorem vitæ ſpiritualis perfectionem. Vnde ſi profeſsio deſtrueret ſtatum Clericalem, deſtrueretur totius euangelicæ, & Apoſtolicę doctrinæ fundamentum: quia ad eccleſiæ ornatum primo & principaliter vocati ſunt Apoſtoli ad perfectionis euangelicę culmen. Et ita prius in apoſtolis ſtatus religionis ad tria uota eſſentialia ordinatus & præſignatus fuit. Deinde poſt Domini reſurrectionem vocati ſunt ad ſtatum prælationis, quando ter coram apoſtolis adiuratus eſt Petrus à Chriſto vt dictum eſt, illique ter dixit, paſce oues meas, & hoc ipſum Petro & ſucceſſoribus ſuis promiſerat ante paſsionem, quando dixit, Tu es Petrus, & ſuper hanc &cęt. Vnde dicitur in c. omnes. 22. diſt. Illam vero ſolus Chriſtus ipſe

fun-

fundauit ecclesiam,& sanctę fidei petram mox nascentis erexit, qui B. Petro ęternę vitæ clauigero terreni simul,& cęlestis imperij iura commisit.hæc ibi. Tertio deinde ad curam animarum, quando illis Christus dixit, accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis &c. Et illud, ite in uniuersum mundũ, prædicate euangelium omni creaturę. Sic ergo cum regularis professio sit apostolicæ dignitatis fundamentum,& euangelicæ perfectionis status, eo destructo destrueretur totius Ecclesiæ structura, & prælationis,& curæ animarum effectus, quia non aliunde constat salus fidelium,& fidei augmentum, nisi vt ædificentur subditi à pastoribus, qui essent in summo culmine perfectionis, quamquã potentes essent verbo,& opere ad ædificandos fideles dicẽte Domino, vos estis lux mundi, non potest ciuitas abscondi supra mõtem posita. Et vnde quæso aucta est fides in nascentis ecclesiæ primordijs nisi à pastoribus, qui totius euangelicę perfectionis decus erant,& religionis speculum? Et sic regularis professio exornat,& perficit statum clericalem. patet per illud quod notat Host. in c. per tuas. extra. de voto, quia Canonicus ille ecclesiæ cathedralis qui primo emiserat uotum ingrediendi canonicum ordinem electus ad episcopatum, prius profitetur quàm ordinetur episcopus, vt sanctius ordinetur, quia sicut gemma preciosa preciosiorẽ efficit annulum aureum, ita regularis professio exornat,& constituit clericatum in statu perfectionis, vt ex præmissis patet. Et sic vt solennis illa ac perpetua obligatio quã facit Episcopus exornat episcopatũ, & constiuit eum in statu perfectionis, sic clericatum regularis professio. Cum autem perfectior sit effectus in causa quàm in causato,& exemplar perfectius sit exẽplato, ideo in primitiua ecclesia congruum fuit vt eminentiori modo religionis perfectio fulgeret in primis clericis, & hoc ad perfectiorem totius ecclesiæ fundamenti soliditatem. Clericalis ergo status perficitur si superaddatur regularis professio,& ex his duobus resultat Canonicus ordo.

OCTAVO confirmatur hoc idem per Sigibertum in Cronicis suis:& hoc ipsum refert Vincentius historialis lib. 26. vbi dicit, Ordo Canonicus primum ab Apostolis, postea ab Augu. regulariter institutus, in Beluacensi ecclesia cępit florere sub Venerabili Iuone eiusdem ecclesię Præposito, & postea Carnotensi episcopo sub Henrico 3. anno salutis. 1074. Et hoc idem confirmat

mat venerabilis Archiepiſcopus Florentinus in ſecūda ſuæ Cronicæ parte. Et auctor faſciculi temporū fol. 54. circa mediū, in ſecunda col. Et talis reformatio per idem tempus ſub Grego. Papa huius nominis 7. non ſolum in Beluacenſi eccleſia ad regularem eiuſdem ordinis obſeruantiam effloruit in Burgundia, ſed etiam per ſanctum virum & venerabilem Arnulphum Abbatē & Archiepiſcopum Lugdunenſem: qui per idem tempus in tota Gallia ipſum Canonicum ordinem reformauit ſub ipſo eodem Pontifice Grego. 7. anno videlicet 1074. Ordo idem canonicus ad regularem obſeruantiam effloruit per ſanctum virum Petrum Damianū in Portuenſi canonica diœceſis Rauennatis: deinde in tota Tuſcia præſertim in agro Lucenſi apud Frigionariam ipſo auctore Petro Damiani: coadiuuantibus Alexan. 2. & illuſtri comitiſſa Mathilde. Succeſsit autem per idē tempus Alexandro 2. Gregorius 7. cui ſucceſsit Victor 3. Sub quo ordo Cartuſienſi. fuit inſtitutus: deinde Vrbanus 2. & Paſchalis 2. ſub quo Pontifice ordo Ciſtellenſis cœpit. Item ordo Ciſtercien. cœpit non multo poſt per Robertum Abbatem: & hæc fuit poſt primam Cluniacenſium reformationem ſecundaria reformatio. Nam monaci congregationis ſanctæ Iuſtinæ ſuccedunt in eorum reformatione congregationi Cluniacenſi, & monaci Claraualllen. nouiter reformati ſuccedunt ordini Ciſtercien. in ſpecie. Et ſic ordo monaſticus multipliciter reformatus ſub varij coloris habitu primarij ordinis Monaſtici naturam retinuit: ſic pari ratione Canonici Regulares in varijs prouincijs reformati primarij Canonici ordinis inſtitutionem retinent, tanto perfectius quanto inter Canonicos ipſos maior eſt conformitas. Non enim in Canonicis modernis tam citramontanis, quàm vltramontanis tanta diuerſitas inuenitur, quāta inter monacos: ſiquidem in Canonicis eiuſdem ordinis obſeruantiæ eadem ratio eſt profeſsionis & habitus: vt ſupra oſtenſum eſt per glo. Io. And. in verbo, Habitus. cle. 1. de elect. Ergo longè maior conformitas eſt in Canonicis regularibus quàm in monacis: in quibus ſi diuerſitas coloris non diuerſificat monaſticum ordinem ſecundum Doct. in d. cle. 1. de elect. a fortiori nec in ipſis Canonicis regularibus, in quibus maior eſt conformitas. Vnde idem Ioan. An. in verbo habitus cōcludit dicens, Omnes Regulares Canonici qui profitentur regulam Augu. etſi varient in co

lore,

lore, inuicem eligi possunt:acsi aperte dicat: quia vnius & eiusdem ordinis sunt:quia ipsorum habitus est linea toga quam sub cappa deportant; & hoc ideo dixit Io.And.quòd inuicem eligi possunt: propter nouam institutionē Cle.5.in concilio Viennensi promulgatam in d.cle.1.de elect. qua cauetur quòd religiosus eligi non potest ad prælaturam alterius religionis vel habitus.Nam ipsa constitutio Cle.5.vt dicit Glo.communem opinionem iure fulcitam,& consuetudinem approbatam corrigit, quæ habebat quòd professus vnius religionis in prælatum alterius posset assumi, vt refert Greg.in lib.Dialogorum de Valentiniano monaco,qui electus est, vt præesset ecclesiæ Lateranensi: in qua tamen semper vel Canonicos Regul. vel Seculares fuisse constat,vt ex præmissis patet,& per c.Deus qui.de uita & honest. clericorum. Si monacus inter Canonicos,& ecōuerso eligebatur olim in prælatum,tenebatur etiam in habitu conformari illis cum quibus viuebat. Et ego addo quòd longè ante istam clementinam Constitutionem erat constitutio in Concilio Magūtino,vt habetur 18.q.2.cap.Abbas,quod nec Io.An.nec Doc.aduerterunt,vbi dicitur,eligāt sibi fratres Abbatem de ipsis si habēt, sin autem de externis.Quare ex his concluditur quòd ex duobus scilicet Clericatu,& regulari statu resultat Canonicus ordo, qui licet varijs in locis sit reformatus,vnus tamen,& idem ordo est in specie in omnibus Canonicis Regularibus,in quibus vna, & eadem reperitur professionis,& habitus ratio, & consequenter, eadem in omnibus Canonicis una iure dispositio,tam in cathedralibus quàm non cathedralibus,modo sint regulariter professi,vt supra ostensum est.

NONO item probatur,quæ sunt ad perfectionem vitæ nō esse ad destructionem clericalis status,ex tex. Vrbani primi in c.scimus. 12.q.j.vbi ex generali suo Decreto sic dicit. Scimus(inquit) vos non ignorare quòd hactenus vita communis inter omnes Christianos viguit,& adhuc gratia dei viget,& maximè inter eos qui in sortem Domini sunt electi,idest Clericos,sicut in acti.Apostolorum legitur,multitudinis credētium erat cor vnum, & anima vna,& nec quisquàm eorum quæ posidebat,aliquid suum esse dicebat,sed erant eis omnia communia,& infra. Quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nil proprium habere,videat ne pollicitationem suam irritam faciat,sed

hoc quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed prçmium sibi acquirat. Vota ergo sunt ad perfectionem uitæ Clericalis, non ad destructionem.

DECIMO idem probatur ex Clementis Papæ, & Martyris text. in epistola sua decretali, quç trãsumptiuè habetur à Gratiano in ca. dilectißimis. Dilectißimis fratribus, & discipulis Hierosolymis cum carißimo fratre Iacobo, & coepiscopo habitantibus Clemens episcopus. Communis vita omnibus necessaria est, & maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum eorumque discipulorum imitari volunt. & infra. Istius enim consuetudinis more retento etiam Apostoli eorumque discipuli vnà nobiscum, & uobiscum communem vitã duxerunt, sed omnia nobis, & illis cõmunia erant. Quapropter hçc vobiscum cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apostolorum obedire præcipimus, Glo. præceptum erat eis qui tunc renunciauerunt proprijs, vnde vestram prudentiam hortamur vt ab apostolicis regulis non discedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras rectè intelligentes, quæ bene nostis adimplere satagatis. Item Euge. huius nominis primus.

VNDECIMO ex generali decreto Euge. primi. Necessaria res existit vt iuxta ecclesiã claustra constituantur, in quibus Clerici disciplinis ecclesiasticis vacẽt. Itaque omnibus vnum sit refectorium ac dormitorium seu cçterç officinç ad vsus clericorum necessariè, ministri uero post Episcopum super eos eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornet quàm dehonestet.

DVODECIMO ex tex. Aug. in sermone de cõmuni vita clericorum. Qui habuerit proprium vel habere voluerit, & de proprio viuere, & contra præcepta ista facere, parum est ut dicam nõ mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram enim, & scio me dixisse, vt si nollent suscipere socialem uitam mecum, illis non tollerem clericatum. i. secundum Glo. non præcluderem eos fieri clericos, seorsum manerent, seorsum uiuerent. malui enim habere cçcos, vel claudos, qui secundum Glo. adhuc nõ renunciauerunt temporalibus, quàm plangere mortuos, idest secundum Glo. qui renunciauerunt proprijs, & tamen post uotum uolunt habere proprium. qui enim hipocrita est mortuus est. ita modo, quia placuit eis Deo propitio hæc socialis vita, quisquis cum hipocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens propriun, nõ illi per-

permitto vt inde faciat testamentum, sed delebo eum de tabula clericorum. loquitur de his qui regularē uitā professi sunt, aliàs nō posset illos delere de tabula clericorum, propter verbū illud supra, seorsum manerēt, seorsum viuerent, scilicet illi qui nollēt communem vitam profiteri. ex quo soluitur quæstio, vtrum qui non est perfectus in religione post professionem factam dicatur hipocrita. videtur quòd sic, quia mendacium non solum est in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus. 22.q.5.ca.cauete. quia status exterior debet interiori statui respondere, alioquin est hipocrisis, & simulatio, ergo quicūque non sunt perfecti sunt in peccato mortali tāquam hipocritæ, quia religio est instrumētum perfectionis. Ad hoc dicendum secundum Thom. secunda secundæ q. 184.ar. 5.ad 2.arg. quòd statū perfectionis assummunt profitentes, nō quasi profitētes se esse perfectos, sed ad perfectionem se tendere, sicut ait Apostolus ad Ephe. 3. Non quòd iam cō prehenderim aut perfectus sim, sequor autem si quo modo apprehendam. Vnde non cōmittit aliquis mēdacium ex hoc quòd nō est perfectus qui statum perfectionis assumit, sed ex eo quòd ab intentione perfectionis animum reuocat: & sic transgressor professionis hypocrita dicitur, & simulator. Tales fatetur B. Aug. se nolle habere. obseruantia ergo voti perficit, & non corrumpit Clericatum, quem simul cum statu regulari illibatum seruabant clerici viri apostolici, qui nihil proprium habentes vitam communem vouebant. Hanc ergo regulam assumpsit Aug. & ipsam regulam ipso adhuc uiuente multæ ecclesię diuersarum dioecesum assumebant, quibus ecclesijs (teste Posidio) decem, & eo amplius ex discipulis Augu. episcopi præficiebantur qui hunc ipsum Canonicum ordinem instituerent.

TERTIO ostenditur inductiue ex approbata consuetudine. Nā omnes cuiuscunq; sint professionis si ad Apicem episcopalem assumuntur, tenentur habitum propriæ religionis deferre: at si canonici assumuntur ad id muneris, non secus quàm cęteri episcopi vestiuntur. & quare hoc? nisi quia vnus, & idem est in vtrisque habitus clericalis. Summus vero pont. si à monacali, vel alterius professionis habitu assumatur, sic eo proiecto lanea & linea tunica simul induitur. & quare hoc? nisi vt conformetur priscis temporibus, quando Pont. & episcopi simul cum clericis suis priscorum more retento Canonici Regulares erant conui-

uentes, vt in cap. necessaria. 12. q. 1. & c. in omnibus. de cons. dis. 5. Et hoc ex antiquo Calcedonen. concilij instituto cõfirmato deinde in Concilio Hispalen. vt habetur in c. in noua. 16. q. 7. vt qui in administationibus sociantur Pontificibus, nec professione discrepent nec habitu. Hunc quoque sancti propositi apostolicũ viuendi modum seruauit Aug. qui in sermone de communi vita clericorum, sic clericis suis loquens dicit, Byrum. i. uestem superiorem, siue cappam, & tunicam lineam, qui est habitus de essentia professionis vitę canonicę, nemo accipiat nisi in communi, quia & de communi accepi. vestem preciosam nõ decet hãc professionem, & cum habeo vendo, & precium in communi trado. A primitiua itaque ecclesia vsque ad B. Augu. et deinceps continuatus est ordo canonicus. Et propterea vt hic concludamus ex præmissis, dicendum est de sanctis Pontificibus Episcopis, & alijs prælatis longè in maiori numero fuerunt Canonici Regulares, qui in testimoniũ perpetuę obligationis suę regularis professionis perpetuo tenentur vsque ad mortem deferre habitum lineum clericalem, quem in diuinis tãtum deferre tenentur Clerici non professi. Episcopi vero in publico eum deferre tenentur in testimonium solennis obligationis quam regulariter profitentur in sui ordinatione: quia & ipsi sunt in statu perfectionis: quam ad instar Apostolorum imitari tenentur: vt habetur. de vit. & honest. cleric. c. Clerici: vbi ex Concilio generali mandatur sic ad literam. Pontifices autem in publico & in ecclesia desuper indumentis lineis omnes vtãtur; nisi Monaci fuerint: quos oportet ferre habitum monachalem. Canonici autem Regu. non alio quam professionis suæ lineo habitu vtuntur si ad episcopatum fuerint assumpti: quia propriẹ professionis habitum deserere non possunt: sic nec monaci habitum monacalem: patet ergo quod vbi est eadem ratio professionis & habitus, ibi est eadem iuris dispositio: vt supra ostensum est.

QVARTODECIMO confirmantur prædicta fideli testimonio & approbata auctoritate magistri Roseti Parisiensis in libro q dicitur Rosetus in tractatu de regione ecclesiastica. c. 3. fol. 243. §. de tertia propositionis parte; vbi sic ad literam dicit. De tertia quoque propositionis parte facile constat quod & sanctorum numerositate ordo canonicus cęteros antecedat: si origo ordinis & eius dilatatio attendatur; adeo quòd tantus fuerit numerus

merus sanctorum Canonici ordinis, vt vix numerabilis nobis sit. Vnde tametsi glorientur Benedictinenses, & non ad insipientiam sibi, de quinque millibus quingentis quinquagintaquinque canonizatis sui ordinis sanctis, deque tam innumeris, numeratis tamen (vt aiunt) à Ioanne vigesimosecundo prælatis & viris illustribus: non tamen attingere creduntur ad summam sanctorum Canonici ordinis. Hæc qui scire volet: lib. illum cui nomen inscribitur Venatorium sanctorum Canonici Ordinis attendat: vbi & de habitu ordinis est prosecutum. hæc ibi.

QVINTODECIMO confirmantur prædicta auctoritate magistri Ioannis de Nigra valle, vbi sic dicit: vbi supra ex epilogo Cronicarum. Sanctorum denique numerositate religiones omnes ordo Canonicus excellit: quia vt ex diuersis Catalogis sanctorum, ac martylogijs, antiquisque historijs colligitur: immensus propemodum sanctorum tam martyrum, quàm confessorum ex ipso ordine numerus reperitur. Et quantum pro certo numero summari potest: vt refert Anastasius Cardinalis & Romanæ Ecclesię bibliothecarius in catalogo quem ad Carolum huius nominis secũdum Gallorum Imperatorem edidit, reperiũtur. 216. millia centum & vltra. Testatur enim pręfatus Anastasius vbi supra quòd in Anglia in metropoli Cantuariensi irruentibus barbaris illuc decem millia eiusdem professionis viri: qui ad generale capitulum eo conuenerant in ecclesia archiepiscopali Sancti Saluatoris pro fide Christi martyrio coronati sunt: eorum festiuitas in Calendis Maij agitur. Ex confessoribus vero qui sanctorum catalogo ascripti sunt, duo millia & quingenti reperiuntur. Aliorum autem martyrum circa mille & sexcentum colliguntur. Ex quibus omnibus sanctis ego Ioannes de Nigra valle Bibliothecarius Apostolicus per singulorum nomina partim ex catalogo prædicti Anastasij, partim ex Bibliotheca Romæ transsumere laboriosissimè conatus sum, Quòd pro eorum celebrandis festiuitatibus, vel commemorationibus fiendis per totius anni circulum singula quaque die sufficiant scilicet. 366. Cardinalium numerus ex eorum ordine duo millia quingenti & sexagintaseptem Archiepiscoporum duo millia & septingẽti & quindecim. Episcopi viginti millia & centum trigintaquinque. Abbates ex eodem ordine baculo pastorali, & mitra vtentes centum millia & vltra. Hæc omnia

nia vtsupra pręmisimus ex cronica domini Ioannis de Nigra valle, quæ dicitur epilogus cronicarum libro decimotertio cap. 18. Et ibidem prosequitur, dicens: Ordo canonicus inter omnes ecclesiasticos ordines primatum obtinet: antiquitate, doctrina, regimine, nobilitate, atque sanctorum numerositate. Antiquitate siquidem, quia primus post Apostolos in Dei Ecclesia mirabiliter effulsit: ex cuius regula veluti ex lympidissimo fonte quasi riuuli quàmplures congregationes profulsere. Doctrina vero, quia ex eo innumerabiles fermè doctores per vniuersas mundi partes euasere. Regimine insuper præcipuus fuit ordo Canonicus. Quippe qui Rom. sedem per annos quingentos & sex optimo iure obtinuerit, quinquaginta & quatuor summos Pontifices produxit, quos ego Ioannes de Nigra val. cum Rom. Ecclesiæ bibliothecarius existerē, magna ex parte ab Anastasio Cardinali, cum & ipse eodem fungeretur officio, ex archiuis vsque ad sua tempora extractos reperiens, eos, qui post ipsum fuere, ex archiuis eisdē vna cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & sanctis, ex eodem ordine multis perlustratis cronicis laboriosissimè collegi. Nobilitate insuper quasi rosa inter flores præfulget sanctorum nobilitate, & numerositate. Quare ut concludamus miranda est vtriusq; Abbatis extorta glosatio, quam pro cooperimento sui ordinis adinuenerunt in d.c. Auaritię. de præb. qui ex eo quòd Canonici Regulares præferantur Monacis in superscriptione dicti.c. Auaritiæ, tam leuiter moti sint, quos Io. An. suspectos dicit, &, quia non probant quod in derisum Canonici ordinis leuiter, & iocosè dixerunt. Sed lōgè miranda est Geminiani, & quorundam togatorum adinuentio, qui ex tex.c. Episcopos. 17. dist. Syllogisticè, sed malè arguētes trahunt ab ipso dicto c. Episcopos, vniuersalem utique veram, ꝙ antiquior omnis institutio pręferenda est. Sed Benedicti religio est huiusmodi, ergo &c. Minor cum sit falsa, probatur per ipsos Iuristas per c. super eo. tex. Alexandri tertij de regul. quæ quidem probatio tanquam impertinens, & friuola, supra multipliciter reprobata est, quam pro clypeo, & rotunda decisione tanto contra seipsos turpiter adduxerunt, quanto se ignaros historiarum, & in ponderando ipsum textū minus cōsideratè se habuerunt. Hęc est ergo summa rei, in qua veluti in rotunda decisione cōtra sacrosanctum diui Aug. Canonicum ordinem tot, & tantas cantilenas

nas

nas quidam Iureconſulti fecere, quaſi de lana caprina victores. In hac tamen vltima ratione Monacali ſufficienter euacuata cō cluditur non magnum eſſe magnos habuiſſe patres, ſed egiſſe magna. Neque gloriandum eſſe in multitudine ſanctorum, ſed bonorum operum, & meritorum, quia unuſquisque laborum ſuorum mercedem accipiet, illumque eſſe ordinis dignioris cēſemus, qui uitæ fuerit ſanctioris in triumphanti videlicet eccleſia: ſed in militanti eccleſia dignum eſt ut ſeruetur ordo ſicut in cęleſti Hierarchia (Paulo teſtāte) qui ait. Quęcunque à Deo ſunt, ordinata ſunt, ad Rom. 13. Et hæc ſufficiat commonuiſſe ſuper ſanctorum ordinis conſideratione, quæ plurimum vtilis eſt cuique, ſic accommodate ſequatur noſtra ſequela.


Explicit tractatus, quod Propugnaculum Canonici ordinis titulo prænotatur.



D. CELSI MAPHAEI VERONENSIS CANONICI REGVLARIS LATERANEN.

CONTRA LIBRVM FRATRIS AMBROSII DE CHORA, ORDINIS FRATRVM EREMITARVM, IN QVO NITITVR PROBARE IPSOS FRATRES EREMITANOS INSTITVTOS FVISSE AB AVGVST. ET FVISSE TEMPORE AVGVST. ANTE CANONICOS REGVLA. ET CONTRA

Sermones Ad Eremitas Mendacissimè August. Attributos, Directa Reuerendiss. Cardinalib. Neapolitano, Vlisbonensi. Senensi, Et S. Georgij, Dominis suis Obseruandissimis.




PAMPHILVS SAXVS AD LECTOREM.



I Poetarum commenta, aut oratorum lænocinia hoc opere fabularentur, & fallerent, scripsissem in prima pagina, lector cãdide, quasi picturatis foribus ad penetralia te inuitans, quod felix faustum que tibi sit ingredere, saluta hos lares, inuenies quod oculos, quod animũ pascit: his ædib. facundia suã supellectilem preciosam ostentat, studiosis spectacula exhibet, pudice saltat vrbanitas, lasciuiunt sales, iocatur lepor, argutantur argutiæ, admiraberis choreas comiter exercentes, Comatam elegantiam, calamistratam dignitatẽ, fucatam venustatem, non parum tibi voluptatis afferent gratiæ, & vene

res, quæ vt se vendib iliores facerent, suis se rosis & unionibus honestarunt. mellitis te reficient oblectamentis nouem illę sorores, quæ tonis cælos distinguit, harmonia temperant, modulatamque adeo melodiam meditantur, vt robustissima robora, & lapidosos ad summum lapides animent. sed quoniam non uanis blandiuntur illecębris verba, sed res plenis muneribus prosunt, hoc tantum indice reuerẽter adeundi oracula hæc miro te afficiũ desyderio. simplex, & syncera veritas undique spectabilis, & formosa, tota sub lucem, tota sub oculos uenit duce, & auspice Celso Maphæo, Regulari Canonico, illo inquam Celso quem iam pridem nosti pariter agere scribenda, & scribere legenda, qui ea castitate, & sobrietate qua vixit, eloquitur differitque cuius eruditio non bonitati pręponderat. Quæris materiam? grauior est quàm à me indicari queat, legito presłius libellũ hunc, olfacito singula curiosius, si Argus eris, noua, & mira cernes. dicam tamen quę sit (licet inscius). Celsi opus est, quid ultra quæris? an dubitas ex Celsi officina nil nisi Celsum, & amplum non prodire? Vale.





SICVT



SICVT Ille (Reuerendißimi Domini) grauiter peccare dignoſcitur, quì vera iniquè improbat: Ita nō mediocriter mereri clarum eſt, qui falſa deteſtatur ac reprobat. Quamuis autē omnibus liceat talia improbare, eis tamen potißimè conuenit, quibus & innata animi libertate, & ſingulari profeßione, nudam ſemper ueritatē & ſequi, & docere ſtatutum eſt. Pro hac enim tuenda ipſius veritatis Magiſter Dominus Ieſus, ac glorioſi martyres ſpreta temporali vita mortē pati minimè formidarūt. Quare non alienum prorſus à Religioſo viro arbitrandum eſt, Si ego Celſus Maphæus inter Canonicos Regulares congregationis Lateranen. minimus, falſa quædam per quendam fratrē Ambroſium ordinis fratrū Eremitarum ſcripta hoc noſtro ſimplici dictatu improbauero. Quo luce clarius palam fiet, librum ipſius Ambroſij eſſe plenum erroribus manifeſtis. In eo maximè, quia conſtantißimè affirmat, quòd Auguſtinus fuerit Eremita, quòd congregauerit ſocios in Eremo, in monte Piſano, & in Centumcellis, quòd fecerit eis duas regulas ante quàm veniret ad urbem, vel ad oſtia Tiberina cū matre, quòd vè in Africa aliā pro eis inſtituerit regulā. Quæ ſanè falſa, & ab ipſa veritate alieniſsima ſunt. Similiter; Si oſtēdero quo pacto ſermones ad Eremitas quos frequētißimè allegat Auctor ipſe, falſi ſint, et mēdaciſsimè attributi patri Auguſtino: cum illorum ſententiæ aduerſentur alijs patris Auguſtini libris. Non eſt autem propoſiti mei ſcribere contra Venerandos Patres ordinis Eremitarum: cùm eos ſemper obſeruauerim, modòque obſeruo, & in poſterum obſeruabo, Tum propter doctißimos præſtantißimosque viros, qui in eo ordine doctrina ſingulari atque ſumma ſanctitate floruerunt, & in præſentiarum religioſißimè florent, Tùm etiam, quia communem patrem Auguſtinum (cuius regulam profitentur) ſemper excellentißimè glorificarunt, & modo glorificant. Quare a me, & ab omnibus alijs Canonicis Regularibus ueneratione pręcipua honorandi ſunt, & quibus valemus laudibus ſemper mirificè extollendi. Nam ſemper ego vbique

locorum,& gentium,præstantissimas eorum virtutes,sapientiã, religionemque ad sublimia cęli efferre conabor, ac contra eorum aduersarios scuta,lanceas, reliquaque arma ardentissimè suscipiam. Solum propositi mei est librum illũ impugnare falsis conclusionibus oneratum. Quem etiam damnauit sanctæ memoriæ Xistus quartus pontifex maximus,ac etiam Innocentius octauus,qui ambo summi pontifices mandarunt libros illos igni esse tradendos. Septem igitur rationibus probabitur illius libri falsitas.

PRIMA RATIO EX LIB.
confessionum Augustini.

PRima ratio efficacissima est. Quia pater Augustinus in primis nouem libris Confessionum suarum ea quæ attinẽt ad eius fragilitatem seu lubricitatem planè conscripsit. Et similiter quæ concernunt eius illuminationem,& conuersionem,præsertim usque ad aduentum eius in Africam,vel ad ostia saltem Tiberina,& de huius nugis,vel fabulis nullam facit mentionem. Immò oppositum dixit decimo Confessionum propè finem libri, Sic inquiens. Contritus peccatis meis, & mole miseriæ meæ agitaueram corde,meditatusque fueram fugam in solitudinem. Sed prohibuisti,& confortasti me dicens: Ideo Christus pro omnibus mortuus est,vt qui uiuunt iam non sibi viuãt, sed ei qui pro omnibus mortuus est. Ecce Domine iacto in te curam meam ut uiuam,& considerabo mirabilia de lege tua. Tu scis imperitiam meam,& infirmitatẽ meam,doce me, & sana me. Ille tuus vnicus in quo sunt omnes thesauri sapientię,& scięntiæ absconditi redemit me sanguine suo. Non calumnientur mihi superbi,quoniam cogito precium meum,& manduco,& bibo,& erogo.Et pauper cupio saturari ex eo inter eos qui edũt, & saturantur,& laudant dominum qui requirunt eum. hæc ille. Nota quòd hunc librum fecit Augustinus senex,vt patet ex libro Retractationũ, si fuisset Eremita, & in eremo(ut dicit ille liber & ipsi Sermones ad Eremitas)hoc ipse nouisset,& non ista scripsisset.hanc auctoritatem allegat Robertus Olchot magister generalis Ordinis Prædicatorum super libro sapientiæ in cap.7.super uerbo,Quam sine fictione didici,& sine inuidia communico.

Vbi Robertus declarat quomodo ante paucos dies isti Eremitę, qui (vt dicit) nunc facti sunt vrbanitę, cœperunt viuere secundū regulam Augustini, quæ appellatur speculum Clericorum. & cōtraria est expressè uitæ Eremiticæ (vt inferius declarabitur), & allegatur ista regula in iure de vita clericorum. vt patet in dist. 86. c. quando necessitas disciplinę, qui est textus regulæ, & 12. q. 1. cap. non dicatis. & est tex. regulæ Augustini, & allegatur ibi Augustinus de Communi vita clericorum. Et nunquam allegata fuit ista regula, de uita Eremitarum. Immò dicitur ibi quòd Augustinus fecit istam regulam propriè pro Canonicis Regularibus. Sed postea multi religiosi eam acceperūt. Inter quos sunt fratres Prędicatores Et longè post Eremitę S. Augustini facti de Eremitis vrbanitę. De quo ordine nunquam fuit Augustinus, ut dicit dictus Robertus ibi formaliter de uerbo ad verbum.

SECVNDA RATIO EX VITA *Augustini à Possidio descripta.*

SEcunda ratio quare liber istæ sit falsus, & quæ in eo continentur, & similiter sermones appellati Augustini ad Eremitas, Accipitur ex uita August., à Possidio Calamēsi Episcopo descripta, qui cum diuo patre Augustino per annos 40. cōmoratus est, (ut ipse scribit in eius uita.) Sed ipse Possidius nusquam describit eum fuisse eremitam, vel habitasse in Eremis, aut portasse habitū Eremitarum. Immo potius oppositum declarat, videlicet cum describit vitam eius: Primo quantum ad consuetudinem Sæcularem: Deinde subinfert quomodo ex laico factus fuit presbyter, & tunc instituit monasterium Clericorum scilicet sociorum eius: deinde subsequenter declarat quomodo factus fuit Episcopus: & tunc in Episcopio fecit etiam congregationem Clericorum de suis uiuentium in communi: quibus omnibus fecit regulam quæ dicitur Speculum Clericorum. Quę conuenit uitæ Clericali, & non Eremiticæ seu mendicanti: vnde in ipsa regula nullam fecit mētionem de Eremis, aut de mēdicitate. Sed bene de facultatibus aut possessionibus in communi habitis: Vnde Possidius quando scribit quomodo factus fuit Sacerdos, dicit quòd laicus solebat fugere ecclesias & ciuitates quæ nō habebant Episcopum. Quare tunc laicus erat. Immò dicit quòd

securè

securè uenit ad Hypponem ciuitatem,quando apprehēsus fuit, & factus Sacerdos:quia ibi erat Valerius Episcopus. Hoc ipsum quoque dicit Augustinus in sermone de Communi vita clericorum. qui incipit, Propter quod. Vbi dicit quòd timebat accedere ad loca vbi non erant Episcopi:quia volebat esse in humili loco, & uenit cum uestibus quibus utebatur laicus. Item Possidius scribit in eius vita,quòd cum ex Vrbe remeauit ad Africam, reuersus est cum amicis & cum ciuibus suis: non dixit cum religiosis vel Eremitis suis. Solū ipse descripsit tres status uitæ Augustini,uidelicet laicalem,sacerdotalem, & Episcopalem: & nullū Eremiticum.Sed iste bonus frater non erubuit aut veritus est falsificare uitam beati Augustini à beato Possidio descriptam:videlicet multa detruncando; addendo: immutando,& uarijs in locis falsificando,ut apparet ex uetustissimis codicibus: vbi ipsa vita descripta est, quæ non conuenit cum ista tam enormiter immutata & penitus ab isto fratre decolorata.

TERTIA RATIO
ex libro Retractationum.

Ratio tertia sumitur ex libro maximæ auctoritatis ipsius patris Augustini:qui dicitur Retractationum, vbi Augustinus recenset omnes libros suos quos vsquam vel vnquam composuit. Et in illo libro ipse Augustinus recenset ac commemorat triplicem statum vitæ suæ:videlicet laicalem, Sacerdotalē,& Episcopalem:& nullam facit mentionem de statu vel vita eremitica. Et tamē iste auctor dicit ꝙ in illo statu scilicet eremitico, in quo stetit multo tempore composuit multos libros, docuitque viros complures indoctos. Nisi fortè Augustinus fuisset immemor illius status,vel ignorasset illos libros.Sed certè ignorauit, qa prorsus non erant.Nec etiam memor fuit illius status in quo nō fuit. Sed fortè dicere possent: ꝙ tunc temporis plenus ignauia contabuit maxima inertia. Sed hoc non dicunt, immo in oppositum confitentur, videlicet, quòd composuit multos libros, &c. Augustinus autem communis pater, in primo Retractationum libro retractat omnes libros: quos composuit Laicus, atque Sacerdos:& dicit vbi fecit:vel Mediolani:vel Romæ:vel in Africa:in Eremo verò nullum,quia ibi non fecerat: cum nusquam ibi fuerit.

rit. At in secundo libro retractat quos fecit Episcopus. Sed de Eremo, nullam prorsus facit mentionem: nec de libris ibi compositis. Quia certissimè nunquam fuit eremita, & per consequens in eo statu libros non edidit, nec aliquid operatus est. Vbi etiam aduertendũ, ꝙ nec in Decreto, nec in Cecretalibns facta est vlla memoria de istis Fratribus Eremitanis, sed tantum in libro Sexti: & in Clementinis, & postponuntur Mẽdicantibus Sancti Dominici, & Sancti Francisci, tanquam posteriores ipsis in fundatione, aut erectione, seu in institutione, secundum regulam Ioan. And. & aliorum Canonistarum Doctorum in capitulo. quorundam. de electio. in 6. super verbo Prædicatores. vbi dicit ꝙ antiquiores prius nominantur: & Eremitani postponuntur Prædicatoribus, & Minoribus: tanquam posterius instituti. Similiter in processionibus publicis, Prædicatores & Minores præponuntur ipsis Eremitanis: quia antiquiores sunt ipsis institutione. Vnde Bartholomęus Brixiensis glosator libri Decretorum in capitulo qui verè. 16. quęst. j. dicit qualem vitam Eremitæ habere debeant non reperi. Profecto si Augustinus istis Eremitis regulam dedisset & habitum, ipse sciuisset: quia Augustinus fuit ante compositionem Decreti per septingẽtos annos. Nam compilatum fuit a Gratiano in 1162. vt patet in chronicis vel 1144. vnde. Io. Andreę in nouella in rubrica de relig. dom. dicit ꝙ ordo Eremitarum ex pluribus ordinibus factus est (vt inferius copiosè declarabitur in septima ratione). Sciendum etiam ꝙ de ordine Prædicatorum, & Minorum facta est mentio in Decretalibus: vt in capitulo nimis. de excess. prę. & in cap. in his. de priuil. Et in cap. cum in ueteri. de electio. fit mentio de Prædicatoribus solum: sed de istis Eremitanis Augustiniensibus nullibi facta est aliqua memoria, vt doctis clarissimè patere potest &c.

QVARTA RATIO
ex variis libris Augustini.

QVarta ratio ꝙ ille liber sit falsus, & plenus erroribus; maximè vbi dicit ꝙ Augustinus fuit Eremita Mediolani, vel in monte Pisano, aut Centumcellis, vel Romæ, vel quando reuersus est in Africã. Et similiter ꝙ sermones appellati Augustini ad Eremitas falsi sint & plene mendaciis sumitur ex variis libris maximè

me auctoritatis ipsius Augustini, in quibus sepius se vocauit laicum: Clericum, Sacerdotem, & Episcopum. Sed in nullo suorū librorum vnquam se vocauit Eremitam, vel Monacū. Imò semper dixit oppositum. Nam vt habetur in 16. causa. q. j. in capi. legi. Augustinus ad Aurelianum scribit contra aliquos Monacos. Et dicit ibi ꝙ nimis dolendum est, si ad tam ruinosam superbiam Monacos eriginus: & tam graui cōtumelia Clericos dignos putamus. Cum vix bonus Monacus faciat bonum Clericū, in quorum Clericorum numero nos sumus. Non dixit Monacorum, vel Eremitarum (sicut isti nūc ponunt in suo officio:) vnde deprauant officium ecclesię, Quę dicit in antiphona, Factus ergo presbyter Monasterium Clericorum mox instituit, & ipsi erant ita cōsueti dicere, sed modo dicunt Monasterium Monacorum. Notandum etiam ꝙ in Antiphona dicitur Cœpit viuere secundum regulam sub Sanctis Apostolis constitutam, Ergo prius non vixit sub regula in Eremis cum Eremitis. Deinde in hymmo dicūt, Tu de vita Monacorum sanctam scribis regulam: qui erant soliti dicere, Tu de vita Clericorum sanctam scribis regulam: sicut canit ecclesia communiter. Et ipsi etiam nunc canunt in variis suis ecclesijs. Item Augustinus in sermone de communi vita clericorū. qui incipit Caritati vestræ, dicit, conclericos meos, nusquam dicit Eremitas meos. Notandum quoque maximè est ꝙ Augustinus in li. de Bono perseuerantiæ, ante medium libri, dicit ꝙ Romæ laicus incepit librum de libero arbitrio, & in Africa presbyter explicauit. Ergo Romæ non erat Eremita sicut dicit ille bonus frater: hoc ipsum quoq; dicit nono cap. libri Retractationū. Item Augustinus in lib. 22. de ciui. Dei ca. 8. dicit ꝙ quando Carthaginem reuersus fuit nondum erat Clericus. Sed 12. q. j. c. duo sunt genera, videlicet laicorum & clericorum. Si nō Clericus ergo laicus. Ergo laicus fuit non pater tot Monacorum, seu Eremitarum. similiter eis non fecerat duas regulas, uel duas congregationes: ut ponitur ab illo auctore, uidelicet, unam in monte Pisano, & aliam in Cētum cellis antequam ueniret in Africam, uel etiam ad Vrbem. Quomodo enim nōdum Clericus, sed laicus poterat facere Monasteria aut congregationes; cum id semper prohibitum fuerit a iure? Nam 18. q. 2. c. cellulas: dicitur, cellulas nouas, aut congregantium ecclesias Monacorum absque Episcopi notitia prohibemus institui. Item in cap. de Monacis ibidē

dicit,

dicit, Monasterium nouum nisi Episcopo permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat. Item in ca. quidam, dicitur. Placuit igitur neminem ædificare Monasteria aut oratoria constituere sine consensu Episcopi ipsius ciuitatis. Hoc decretum fuit in Concilio Calcedonensi uetustissimo, quod Concilium fuit celebratum sub Leone Papa primo. Alia decreta fuere ordinata in Concilio Agathensi uetusto. Quare Augustinus nō poterat facere Monasteria aut oratoria pro Monacis uel Eremitis. Quia in eo nulla fuerit auctoritas principalis uel delegata, sed bene hoc poterat in ciuitate Hypponensi cum licentia Valerij Episcopi Hyponensis iam factus presbyter: quia poterat celebrare, & audire confessiones. Augustinus autem in partibus Italiæ laicus quomodo potuisset gubernare tot Monasteria, facere regulas, exhibere sacramenta necessaria, maximè morientibus, audire eorum confessiones, & alia necessaria diuina exhibere? Nisi uellemus dicere ꝙ illi Eremitæ uiuebant ut animalia irrationabilia, & sine religione. Præterea Augustinus in sermone de moribus, & uita Clericorum, qui sermo est auctenticus & Canonizatus ab ecclesia, maximè in Concilio celebrato Aquisgranis tēpore Ludouici primi Imperatoris filij Caroli Magni anno Do. 815. ut apparet in gestis illius cōcilij ubi sermo ille inscribitur totus. Ita enim dicit Augustinus. Ego, quem Deo propitio uidetis Episcopum uestrum, iuuenis ueni in istam ciuitatem quasi securus; quia locus habebat Episcopum: apprehēsus sui & factus sum presbyter. Nō attuli aliquid. Non veni ad hanc ecclesiā nisi cum ijs indumentis, quibus illo tēpore vestiebar. Et quia disponebā esse cum fratribus in monasterio &c. Ecce quomodo dicit se habuisse illa vestimenta laicalia, quia tunc laicus erat. Dicit etiam quia disponebat esse in monasterio: ergo iam ante non fuerat ꝑ tot annos cū Eremitis, si tunc esse disponebat. Sequitur postea dicendo ꝙ Valerius dedit sibi hortum, & tunc cępit congregare fratres: qui imitarentur eū. Vbi bene notandū, quia dicit cœpi cōgregare fratres. Ergo prius nō congregauerat. In libro quoq; retractationū aperte dicitur ꝙ quādo reuertebatur ad Africam ꝙ nondū erat Clericus, vt ipse dixit in li. de ciuitate Dei. Ex multis etiam alijs libris hoc ipsum elicitur. Nec vnquā aliquo suorū librorum se uocauit Monacum vel Eremitam, sed bene clericum quàm sepissimè.

QVINTA RATIO EX *sermone, Charitati.*

Quinta ratio sumitur ex sermone auctentissimo, & varijs in locis ab ecclesia canonizato ipsius patris Aug. Qui incipit, Charitati vestrę, & intitulatur sermo de communi vita clericorum ad plebem Hypponensem. Qui etiã in solemnitate sancti Augu. legitur in eius officio ab ecclesia: vbi Augustinus circa finem sermonis pro exhortatione uitę canonicæ. i. cõis sine proprio: Ita dicit, Nemo det birrum vel tunicam lineam seu aliquid nisi in cõmune. De communi ego etiã accepi mihi ipsi, cũ sciã commune me uelle habere quicquid habeo. Nolo mihi talia offerat sanctitas vestra, qbus ego solus quasi decẽtius vtar, Offeratur mihi, verbi gratia, birrum preciosum: forte decet episcopũ quamuis nõ deceat Augustinum. i. hominem pauperem de pauperibus natum. Non decet etiam hos canos. modo dicturi sunt homines, quia inueni preciosas vestes, quas non potuissem habere vel in domo patris mei vel in illa sęculari professione mea. Non decet talem vestem. Talem autem debeo habere, qualem possim si non habuerit fratri meo dare, qualem possit habere presbyter, qualẽ possit habere decenter Diaconus, & Subdiaconus. Si quis meliorem dederit, vendo: vt quia vestis non potest esse communis precium sit commune. Ecce ꝙ pater Augustinus tangit senex omnes uitę suę status, uidelicet, secularẽ in domo paterna, sæcularem in professione artis rhetoricæ, & clericalem. i. sacerdotalem, & episcopalem: Immò etiam ętatem, quia dicit, non decet hos canos. Nõ dixit de vita Eremitica vel monastica quod optimè conuenisset huic proposito, videlicet non decet hominem Eremitam vel monachũ, qui iam in Eremo assuetus fuerat ad horridas vestes, & agrestes, & ad arctiorẽ uitam, ac ad uictum panis, & aquę, quemadmodum ponũt illi sermones falsi atque conficti: Nihil horum dixit, quia nec in Eremo nec Eremita fuit, vt ex ipsius Augustini tractatibus liquidò declaratur. Et ostendit Augustinus in illo sermone quomodo portabat tunicam lineam quæ est habitus Canonicorum Regularium: vt habetur in glosa primæ Clementinę, de elect. Ferebat enim Augustinus Birrum, quod erat pallium quo vtebantur episcopi, & sacerdotes illus temporis: vnde legitur in uita sancti Cypriani: ꝙ deposito birro remansit in lineis. i. in tunica linea. Item in uita

sancti Bricij dicitur, ꝙ cũ accusatus fuisset de fornicatione vt satisfaceret populo prunas in birro suo posuit, & ad se astringens vsque ad sanctum sepulcrũ S. Martini inustum vestimentum detulit. Et de sancto Deicola refert Vincentius hystorialis li. 24. c. 4. ꝙ deposuit birrum suum refrigerãdi se gratia. Erant tamen birra preciosa. & uilia sancti. Vnde Augustinus dixit birrum preciosum, & si decet episcopum, non decet Augustinum. Item in d. 30. cap. si quis uirorum, fit mentio de birro, vbi dicitur ꝙ birris cũ reuerentia vtuntur. i. quasi preciosis. Item Augustinus ibidem dicit quomodo ferre consueuerat tunicã lineam quę proprie est habitus Canonicorum regularium, vt dictũ est supra. & habetur in glosa clementinę primę. de electione. super verbo habitus. qui habitus linęus à Deo fuit institutus, vt habẽtur exo. 28. vbi dicitur Moysi. Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis. Item 29. Indues tunicis lineis Aarõ, & filios eius. s. sacerdotes. Itẽ leui. 6. vestietur tunica linea sacerdos. & 8. dicitur Vestiuit pontificem subucula linea. i. pallio interiori: ob hoc dicitur habitus diuinalis, quia a Deo institutus fuit. dicitur etiam habitus sacer, Quia hoc habitu potissimũ sacra tractantur. vnde Tullius secundo de legibus dicit. Hic color, albus Deo decorus est. Vnde Reuerendissimus. d. Cardinalis Nicenus commendabat sapientiam Augustini, & maximè in hoc habitu quem accepit. Quod etiam dicitur habitus dignitatis: quia nisi personis dignis exhibetur, vt Papę, Episcopis, Cardinalibus, vt habetur in c. clerici. 2. de vi. & hon. cler. Vbi dicitur Pontifices autem in publico, & in ecclesia superindumentis lineis omnes vtãtur. Dictus est etiã habitus glorię. quia hoc habitu cęlestis gloria est repręsentata vt patet in trãsfiguratione Christi, & de Angelis in Resurrectione, qui in vestibus albis apparuere. Et apoc. 3. dicitur de sanctis, ꝙ ambulabunt mecum in albis. Et quando vidit turbam magnam quam dinumerare nemo poterat stolis albis amictam, &c. Augustinus nõ fuit ergo habitu Eremitarum vestitus. Vt dicit illi sermones &c.

SEXTA RATIO
ex falsitate Sermonum ad Eremitas.

SExta ratio quare ille liber sit falsus, & plenus erroribus accipitur: quia fundatur in sermonibus falsis, & confictis S. Augustino mendacissimè attributis. Qui appellantur Sermones Augustini ad Eremitas: & contradicunt dictis Augustini, alijsq; suis

auctenticis libris. nam in multis ex illis sermonibus, immò quasi in omnibus affirmatur ꝙ Augu. fuit baptizatus in anno trigesimo suæ ætatis, sed ipse Aug. in fine libri de Academicis dicit se fuisse trigintatriũ annorum quando librũ illum componebat, librum autẽ de Academicis Mediolani in rure Cassiaco composuit Augustinus. & tunc erat catechumenus, vt patet clare ex primo libro retractationũ ipsius Augusti. vbi retractat libros quos composuit catechumenus. Item in libro primo Soliloquiorũ inter Augustinum & Rationem dicit Augustinus in cap. 15. ꝙ erat trigintatrium annorũ quando librum illum edebat, & tunc etiã cathecumenus vt patet ex illo lib. primo. retractationum. Augustinus. n. in illo libro Soliloquiorũ, vbi Ratio ipsum Augustinũ interrogat an diuitias cupiat. Ita respõdet. Cũ nũc triginta & tres annos agã, quatuordecim anni ferè sunt ex quo ista cupere destiti. Porro unius Ciceronis liber facillime persuasit nullo modo appetendas esse diuitias. Nam Augustinus diu stetit catechumenus. Et tunc ita perfectè in fide fuit eruditus, ꝙ sciuit cum Ambrosio componere Te Deum laudamus quando ab ipso baptizabatur. Dicit. n. ipse hæc vltima verba in fine quinti libri cõfessionum. Statui ergo tandiu esse catechumenus in catholica ecclesia mihi à parentibus cõmendata donec aliquid certi eluceret quo cursum dirigere. Et sequitur immediate sextus liber. Augustin. n. fuit baptizatus 33. anno ætatis suæ, & in illo met anno profectus est ad Vrbẽ, & ad ostia Tiberina, vbi pia mater defuncta est, & demũ in Africam, vt patet nono libro cõfessionũ eius in c. 12. Ergo post baptismum non est immoratus Mediolani ꝑ annum unum cum dimidio cum Simpliciano. Nec stetit in mõte Pisano per alium annũ, vbi secũdum illos sermones falsos fabricauit Eremitis vnam regulã. Nec per alium annum stetit in Centumcellis, & ibi aliam regulam struxit. Immo vt dictum est supra in 4. ratione Romę Laicus erat & ibi incepit librum de libero arbitrio, & in Africa presbyter expleuit. Ergo falsi sunt sermones illi. Sed ꝙ pater Aug. non fuerit triginta annorũ quãdo baptizatus fuit, nec stetit Mediolani per annum vnum cum dimidio, nec in monte Pisano, nec in Centumcellis per bienniũ & amplius, euidentissimè, ac vt dicitur, demonstratiuè ostenditur per verba clarissima Augustini nono lib. cõfessionum, vbi dicit ꝙ Adeodatus erat annorum 15. quando cum Augustino bapti-

ptizatus fuit. Deinde immediate ibi dicit, ꝙ quãdo in Africa cõposuit librum de Magistro, vbi Adeodatus secum disputat, quòd Adeodatus tunc erat ętatis annorum 16. ergo baptizatus nõ potuit morari Mediola... post baptismum, nec in monte Pisano, nec in Centumcellis, videlicet, in anno vno. Dicit etiã ibi quòd omnia illa sensa, quæ ibi Augustinus scribit, erant illius pueri Adeodati secum collocutoris. Et quòd horrori erat sibi ingeniũ illius pueri. Sed cito Deus eum abstulit. Multas etiam alias falsitates continent illi sermones ad Eremitas, quos aliàs glosaui, ostendens quomodo contradicunt libris Augustin i. & ipsi veritati. Nec quisquam inueniretur qui eos saluare posset. Nec aliquis doctus in doctrina Aug. affirmaret eos fuisse ab Augustino compositos. Destructo igitur fundamento illius libri, necesse est vt etiã tota machina corruat. i. sententię ipsius libri ꝗ falsę sunt.

SEPTIMA RATIO

ex varijs decretis Pontificum.

Septima ratio, ꝙ ille liber sit falsus cũ suis cõclusionibus summitur ex uarijs summorum Pontificũ decretis. Et primo ex decreto vel priuilegio Innocentij quarti qui fuit anno Domini 1244. Qui Innocentius concessit eis vt possent uiuere sub regula diui Augu. & ꝙ celebrare possent officiũ curiæ Romanæ, quasi primò non fuissent sub aliqua regula, sed vixissent in Eremis pro arbitrio, & dixissent officia vt pater noster, seu alias suas deuotiones pro libito, & bene placito eorum. sed pater Augustinus fuit ante Innocentiũ quartũ per octingẽtos, & sexaginta nouẽ annos, & amplius. Et si tũc isti Eremitę in rerũ natura fuissent, quasi per noningentos annos absq; regula, & absque officio ordinario, ita fuissent quasi irregulares. Sed ꝙ Innocentius quartus hoc eis cõcesserit, apertè scribit ipse auctor libri in ipso libro suo in chartis 121. vbi ipse describit omnia priuilegia ordinis sui ordinatè. Sed isti Innocentio quarto immediate successit Alex. Papa quartus, qui eos Eremitas vniuit ex varijs congregationibus, & astrinxit eos ad ferẽdam cucullã nigram, primo discinctã vel cinctam corigia corij, & habere sotulares in pedibus ad differentiam fratrum Minorũ, qui tunc conquesti sunt de istis Eremitis, quia portabant habitum similẽ ipsis fratribus Minoribus, videlicet, ex beretino nigro, & cingebant se aliquando funibus, ita ꝙ à multis fiebãt Eleemosinę eis sub specie fratrum Minorũ.

Et

Et hoc priuilegium plumbatum est Bononiæ in monasterio fratrum Minorum. Et autenticatum in quodā libro suę bibliothecę in folio duodecimo. Iste Alexāder quartus fuit anno Domini 1254. priuilegium autem sic incipit.

¶ Alexander &c. Vene. fratribus, & uniuersis archiepiscopis, & epis per Lombardiam constitutis, &c. Recordamur liquidò, & memores sumus quòd dudum apparuit religio in partibus Lombardię, cuius professores uocati sunt Eremitę ordinis sancti Augustini: nunc succincti tunicas cum corigijs baculos gestantes in manib. nūc vero dimissis baculis incedebāt pecuniā ꝑ eleemosinis alijsq; deposcentes subsidijs: Et adeo variantes interdum sui formā, vt dilectis fratribus Minoribus vniformes in derogationem multiplicem ipsorum, ordinis crederentur eiusdē: propter hoc minorem apud fideles sentientibus in suis opportunitatibus charitatem. Sanè cum per nos tunc in minori officio constitutos, & bonæ memoriæ tituli sanctę Sabinæ presbyterum Cardinalem, tunc in partibus ipsis legatione fungentes, huiusmodi uariationis præsumptio ad felicis recordationis Gregorij videlicet, noni Papę prædecessoris nostri audientiam peruenisset; Ipse ne identitas vestium in ordinibus ipsis confusionem pareret, ac inde scandala grauiora consurgerent, ad vtrorumque quietē statuendum prouidit, vt Priores, & vniuersi ac singuli fratres prædicti ordinis S. Augustini in exterioribus vestimentis, q̄ nigri, vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro iam electo ab eis, ipsos idem prædecessor voluit manere cō tentos, largas, & protensas manicas quasi ad instar cucullarū, & desuper ipsa deferrent per amplas corigias, & patenter ab omnibus apparētes: Ita ꝙ omnes cincti de foris eas vestibus nequáquam contegerent, & portantes in manibus baculos quinque palmorum longos, ac expressè in eleemosinarum petitione cuius sint ordinis declarantes, adeo suarum vestiū longitudinem temperarent, ꝙ à quibuslibet ipsorū calciamēta libere viderētur: vt sic habitus confusione semota, & scandali materia sublata, à prædictorum ordinum fratribus possit domino liberius, & gratius deseruiri. Huc vsque. secundum priuilegium etiam ita dicit. Intelligentes uero frater Andreas tunc generalis Prior de Britinis ordinis suprascripti, & alij fratres sui, ꝙ ad prædicta seruanda sicut & cæteri cogerentur, ad eiusdem prædecessoris pręsentiam

accesserūt, pro se & Eremitis præfatis humiliter supplicantes, vt eis cucullas portare discinctas, quod sibi facilius existimabāt, cōcedere dignaretur, mādato de cucullis nigris ferendis circa eos misericorditer relaxato, eo ꝙ talis vsus cucullarum ad distinctionem prædictorum habituum satis sufficere uidebatur. Quorum supplicationibus idem prædecessor in hac parte duxit liberaliter annuendum. Verum cū sic accepimus, ipsi Eremitę de Britinis obtentu quarundam literarum super hoc à sede apostolica obtentarum, Ac etiam alij Eremitę iam dicti contra statutū iam dictum, & prouisionē ad cōem pacem prouidè factam, & in eorū fratrū Minorū infamiā, & scandalum plurimorū, iā in pluribus venire præsumpserunt: Et nos prorsus velimus prædicta, quę salubriter statuta fuerunt à supradicto prædecessore nostro vbique & ab omnibus Eremitis, siue religiosis, cuiuscunq; sint ordinis, in exteriori habitu fratribus Minoribus antedictis conformibus inuiolabiliter obseruari, fraternitati vestræ per apostolica scripta firmiter pręcipiendo mandamus, quatenus prædictos Eremitas de cætero statutum prędictum firmiter obseruare: ac illos de Britinis cucullas prout ipsi, vt supradictū est, tunc acceptarunt, gestare discinctas, ac alios omnes qui nigras nō portant, seu albas, singuli vestrum per suas ciuitates, & dioceses sublato cuiuslibet appellationis, & contradictionis obstaculo, & literis apostolicis de corigijs cinctis super cucullas non portandis per eos impetratis, nequaquā obstantibus, monitione præmissā per censuram ecclesiasticā districtius cōpellentes, & in eos, qui contrauenerint excōicationis sententiā promulgetis, quā per vestras ciuitates, & dioceses publicari solēniter, & eosdē tanquàm excōicatos vsq; ad satisfactionem cōdignā appellatione remota, euitari ab omnibus arctius faciatis. Datū in Laterā. Palatio octauo Calendas Martij. Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Hic notandum est ꝙ Gregorius nonus fuit anno 1227. & successit immediate Honorio tertio Canonico regulari. Qui Grego. mandauit magistro Raymondo, vt cōpilaret librū decretalium, cui successit Celestinus quartus Mediolanen. de Castilione. qui in Pontificatu solū per dies. 17. immoratus est. Cui immediate successit Innocentius quartus. Qui ipsis Eremitanis regulā sancti Aug. concessit, vt supradictū est. Cui Innocentio successit Alex. 4. qui auctor fuit horū priuilegiorū: seu decretorum. Aliqui tamē dicunt

dicunt S.Bonauenturā ordinis Minorum, qui tpe huius Alexandri quarti floruit, dedisse ipsis Eremitanis hunc habitum ex mandato ipsius Alexandri 4. Cui Alexādro 4. immediate successit Vrbanus 4. qui ordinauit officium corporis Christi: qui Vrbanus 4. solum per tres annos sedit, & ei successit Clemēs 4. qui etiam solum p tres annos regnauit: cui imediate successit Gregorius 10. Qui dixit eos velle tolerare, vt habet in 6. de reli. domib. in c. religionum: ergo non tempore August. floruerunt vt expressè patet.

Aliud priuilegium Alexandri Papę 4. qui fuit de anno 1254. In hoc priuilegio Alexander mandat, q̄ Eremitę ex diuersis ordinib. vel domibus couniti, compellantur per Archiepos & Epos portare cucullas nigras, vt habet Bononię, vbi supra ī fol. 13. incipit Alex. 4. Eps seruus seruorum Dei &c. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Epis per Lombardiā & Romādiolam constitutis, &c. Recordamur liquidò, & memores sumus &c. omnia per ordinē sicut in superiori priuilegio vsq; ibi: sublata materia scādali à prædictorum ordinum fratribus, possit Dño liberius & gratius deseruiri. Sequitur deinde, Cum autē dilectus filius noster Reuerend. S. Angeli Diaconus Cardinalis vniuersas domos & cōgregationes Eremitarum prædictorum Quarum quædam S. Augustini, quædam S. Gulielmi: nōnullę fratris Ioannis Boni: aliquæ de Fabali: alię vero de Britinis censebantur, in vnam ordinis eremitarum S. Augustini professionem & regularem obseruātiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniēdas: Et nos dicti Cardinalis processum conuenientem cum voluntatis nostræ proposito approbantes, prædicta omnia duximus confirmanda: Statuentes, vt vniuersi Priores & fratres in professione prædicti ordinis Eremitarum S. Augu. totaliter couniti, nigri duntaxat, & nullis alijs alterius coloris cucullis aliquatenus vterentur. Nos volētes, præmissa quæ de vestimentis exterioribus à sępe dicto prædecessore nostro circa pręfatos Eremitas statuta fuerunt salubriter, & ab ipsis vt recolimus acceptata, vbiq;, & ab omnibus Eremitis vnitis taliter, & alijs vniuersis inuiolabiliter obseruari, fraternitati vestræ per apostolica scripta in virtute sanctę obedientiæ districtè pręcipiendo mandamus: quatenus prædictos Priores, & Eremitas, & alios qui nigras penitus, seu albas cucullas nō portant, q̄ vsq; ad festum Omnium sanctorum proximè uenturum nigri prorsus coloris cucullas assumant, abiectis alijs deferendas. Et firmiter

miter prædictum statutū de cætero studeant obseruare. Singuli uestrum per suas ciuitates & Dioceses sublato cuiuslibet appellationis & contradictionis obstaculo:& literis apostolicis impetratis, uel etiam impetrandis per eos, nequaquam obstantibus, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam districtius cōpellatis. Et in eos qui conuenerint excommunicationis sententiam promulgétis. Quam per vestras Ciuitates,& Dioceses singulis diebus dominicis,& festiuis publicari solenniter: & eosdē tanquam excommunicatos, vsque ad satisfactionem condignā appellatione remota, euitari artius ab omnibus faciatis. Datum Anagniæ.8.Calendas Iulij. Pontificatus nostri Anno secūdo &c. Ex his ergo priuilegijs apperte colligitur quomodo non ab Aug. institutionem habuerunt isti Eremitæ, vel habitum, Sed ab Alexandro 4. compulsi sunt hanc cucullam nigram deferre. Quare cum tuta conscientia non possunt se appellare primogenitos Aug. Nec ab eo habitum illum nigri coloris accepisse. Et ita mēdacijs liber, illius fratris, vndique phaleratur. Origo autem uera istorum fratrum Eremitarum fuit circa annos Domini 1204. à quodam Guielmo Parisiensi scholari, qui cum magno feruore ad Eremum profectus est, vbi multos discipulos,& Eremitas cōgregauit. Et appellabantur illi Eremitæ Guielmitę. De hoc Guielmo fit mentio in lib. qui dicitur fasciculus temporum,& de origine Eremitarum tempore Innocētij tertij videlicet, anno Christi 1204. Et in illomet tempore cœpit ordo Carmelitarum, vt patet ibidem. illo etiam tempore cępit ordo Prędicatorum,& Minorum. Qui duo ordines Prædicatorum,& Minorū confirmati fuęre ab Honorio 3. qui fuit Canonicus Regularis, uidelicet in anno Domini. 1214. Sed Gregorius decimus ipsos Eremitas cōfirmauit donec de eis aliter ordinaret, ut expresè habetur in 6. de religiosis domibus. in cap. religionum. & glo. ibi super uerbo solido, dicit ꝙ Gregorius nonus nolebat Mendicantes esse nisi Prędicatores,& Minores. Sed Eremitas,& Carmelitas uolebat in suo statu permanere, quia præcesserant dictū conciliū Lugdunen. sub Gregorio x. qui fuit anno. 1270. Aliqui tamen uolūt asserere eos fuisse confirmatos ab Honorio tertio, qui præcesit Gregorium nonum, cum Prædicatoribus,& Minoribus, ut habetur in lib. fasciculi temporum, sed hoc non cōstat: ergo ex ijs clarisime apparet, quomodo non tempore Augustini fuere, vel

inceperunt &c.

¶ Præter rationes septẽ supradictas, quibus est ostensa falsitas illius libri, Septem etiã corellaria elici possunt, quibus magis, ac magis ostendetur falsitas illius libri, & mendacia plurima ipsius auctoris. Similiter, quòd illi sermones mendacissimi sint, qui appellati sunt sermones Augustini ad Eremitas.

PRIMVM CORELLARIVM.

PRimum corellarium, Quod etiam sequitur ex supradictis rationibus est, ꝙ magna pars illorum quæ dicuntur in illo libro falsa sunt, sed præsertim illud, quòd Augustinus fuerit baptizatus à B. Ambrosio anno suæ ętatis trigesimo, & indutus ab eo fuerit nigra cuculla ac accintus zona pellicea ad differentiã monacorum, vt est in folio quarto illius falsi libri: & in folio septimo linea. 21. & in folio. 8. ac in multis alijs locis, q̃ expresè sunt contra ipsum Augustinum in libro Soliloquiorum inter Augustinum, & Rationẽ, quẽ librum edidit cum adhuc esset catechumenus, vt supra ostensum est. Ibi enim dicit cum triginta, & tres annos agam, 14. ferè sunt, ex quo ista cupere destiti. idem etiam habetur in libro de Academicis in fine libri, quem etiam catechumenus composuit, ut patet ex libro primo Retractationum, sed quòd Augustinus non fuerit vestitus cuculla nigra, patet per dictum Ambrosiũ, vt habetur de consi. dist. 4. c. Accepisti. secũdo, vbi dicit Ambrosius: Accepisti post baptismum vestimenta candida, vt esset indicium quòd exueris voluptatem peccatorum, & indueris innocentię casta velamina. ubi declarat, quòd vestiebãtur vestibus albis qui baptizabantur, & deferebant illas vestes albas per multos dies, sed ad minus deferebant vsque ad sabbatũ in albis. sed hoc clarius patet per antecedens capitulum Rabani, videlicet, post baptismum vbi. dicitur: Post baptismum tradũtur Christianis vestimenta candida, quæ signant innocentiam, & puritatem Christianam. Sermo igitur Ambrosij de baptismo Augustini in anno trigesimo falsus est, & confictus, atque mendacissime beato Ambrosio attributus, sicut etiam falsò attributi sunt beato Augu. illi sermones ad Eremitas, quia eos Augu. nunquã composuit, aut vidit. & præsertim ille sermo qui intitulatur in cena Domini. & ponitur in libro illo in folio 81. vbi facit dicere, quòd Aug. fuit baptizatus in anno trigesimo. Ponitur etiam iste sermo in folio 7. ac in folio. 44. Sequitur ergo ꝙ illa cõclusio, seu

veritas

veritas illius libri falsa sit,& ꝙ veritas dicenda non sit,sed falsitas.

SECVNDVM

corellarium.

SEcundum corellarium est, quòd falsę sunt omnes illę scripturæ,vbi dicitur,quòd Augu. fecit duas regulas Eremitis,vnā videlicet in trigesimo primo anno in monte Pisano, & aliam in Centumcellis in 32.cū fuerit baptizatus in trigesimo tertio, & ꝑ consequens falsus est ille sermo ad Eremitas de filio prodigo, & confictus: vbi scribit se in trigesimo anno baptizatum:cum esset 33.annorum adhuc catechumenus.Sequitur etiā falsum esse,qđ habetur folio 9.decimo,atque vndecimo,vbi dicit, ꝙ transiuit ꝑ Tuscos,& collegit Eremitas,qui Pisanos incolebāt colles,& dedit eis primā regulam: & quòd postea in Centumcellis fecit aliā congregationem,& dedit eis secundam regulam in trigesimo-secundo anno,& sic falsa sunt quæ ibi scribuntur de secunda, & tertia regula,quia adhuc non erat baptizatus: nec illo tempore seruabat castitatem,vt dicit ipse in li. Cōfe. & inferius ostēdetur. Vincentius autem in speculo historiarum in lib.19.in ca.54.vbi commemorat libros Augu.dicit ꝙ scripsit regulam de institutione canonicorum, & non dixit Eremitarum,quia nō fecit. Item Vincentius in lib.18.c.52.loquens de vestibus, & calciamentis beati August.dicit,ꝙ ille medium tenens in regula canonicorū dixit, Fateor, quia de preciosa veste erubesco. & vocat sermonē illum qui est de communi vita cleric. regulam canonicorum, nam regula ipsa Aug. quę est pro canonicis regularibu s ab ipso patre Aug. confecta,in uariis locis decreti est canonizata,ut Patet.d.86.in capl'o quando necessitas disciplinę:& allegatur ibide uita clericorum,& non eremitarum.Item.12.q.j. in c.non dicatis.& in ca.nolo.&,in ca.certe.& in c.hēbat.allegatur regula Augu.de clericis, uel Aug.de cōi uita clericorum.Item in.17.q.4.c. quicunque,allegatur ibi Aug. de cōi uita clericorum.Item. 5.q. 5.cap.Nō uos iudicetis esse maleuolos.qui totus est textus regulę,vel speculi clericorum communiter uiuentium ad unguem. Similiter 13.q.2.cap.siquis allegatur. Aug.de cōmuni vita cleri. quia textus ille est in sermone ad canonicos regulares. Item in 32.cā.q.5.in cap.nec solo affectu,sed affectu,& aspectu, est totus ille textus regulę ad canonicos regulares,& nusquam in decretis,vel decretalibus allegatur Augustinus ad Eremitas.

TERTIVM

corellarium.

Tertium corellarium est, quia liber ille falsus est, cum in eo ponatur quidã sermo falsus qui intitulatur Augu. ad Eremitas de assumptione beatę virginis, qui incipit, Ego puluis & cinis. qui est in folio. 5. illius libri B. vbi dicitur, ꝙ Aug. computruit in stercoribus peccatorũ suorum triginta annis, & amplius: Ideo non audebat loqui de virginitate &c. Sed in secundo uolumine ipsius auctoris in folio. 12. in linea 16. dicit ꝙ post baptismum nunquam vsus est verbo ocioso. Si ergo per sermones illos baptizatus esset anno trigesimo, ergo post baptismum lapsus esset in lubricitatem, & putredinem carnis, quod maius peccatũ esset quàm dicere verbũ ociosum, sed ꝙ Augustinus fuerit in lubricitate post annum 30. confirmatur per illud quod ipse August. dicit propè finem 6. libri Cõfessionum. dicit enim ibi, ꝙ cũ esset annorum. 30. nõ poterat seruare castitatem. Nam mater Adeodati eius concubina volens remeare ad Africam, fecit uotum castitatis, & cum recessisset, ipse quàm primum inuenit aliam concubinam ad suam explendam libidinem: ergo tunc in 30. anno nõ fuit baptizatus. Immo quod magis est, nec etiam in trigesimo primo anno ętatis suæ erat baptizatus, vt aperte ipse declarat in medio octaui libri Confessionum: vbi dicit, quòd fortè 12. anni effluxerunt abundè ingenio quando legerat Ciceronem &c. sed 12. anni, & 19. faciunt. 31. & tamen ibi aperte colligitur, quomodo non erat baptizatus. Immo dicit, ꝙ lecto Ciceronis Ortẽsio, excitatus erat ad studia sapientię, & ꝙ differebat, contempta felicitate terrena, ad eam inuestigandam vacare, cuius non inuentio, sed vel sola quęsitio iam præponenda erat etiã inuentis thesauris regnisque gentium, & ad nutum circumfluentibus corporis uoluptatibus. Sequitur postea narrãdo fluctuationes, & ęstus animi sui ante baptismum: Et describendo ipse vitæ suę ordinẽ solum in nono lib. confessionum demonstrat, quomodo fuit baptizatus post multum tẽpus, scilicet anno 33. Præterea declarat ibi Augustinus quomodo per multos dies ante baptismum stetit catechumenus. Et tunc se exercebat in maxima sanctitate orationum, lacrymarum, cõtemplationum, per longissima tẽporũ spatia, sed præsertim in meditationibus de incarnatione, quomodo verbum caro factum erat, atq; in alijs diuinis myste-

rijs, vt ipse latè describit in nono libro Cõfessionum. Ergo cum tunc in 30.anno teneret cõcubinam non poterat has facere deuotiones,vel habere tam sanctas meditationes. Quare expresse cognosci potest,quòd non fuit baptizatus in 30.suę ętatis anno, Illi ergo sermones falsi sunt,quia contrarij expresse dictis Augustini, & varijs suis libris, sed maximè libro Confessionum. qui in maxima auctoritate habitus est ab vniuersitate omnium fidelium.

QVARTVM *corellarium*.

QVartum corellarium est, quia sequitur quòd illa epistola Gilberti: de qua fit mentio à char. 11.& 12. illius libri, & tota ponitur in folio.85. est prorsus falsa,atq; conficta, & onusta mendacijs,quod à doctis viris facillimè percipi potest. Nã primo dicit in ea, quòd quando Augustinus uenit Mediolanum, erat annorum 30.& Adeodatus filius erat annorum octo, sed quando Adeodatus fuit baptizatus cũ Augustino, erat annorũ 15.vt scribit ipse August. nono libro Confessi. capitulo 6. ergo quando Augustinus fuit baptizatus, fuisset annorũ 37. secundũ ipsum Gilbertum,quod est falsum. Deinde secundum illam epistolã Augustinus stetit cum Simpliciano anno uno cum dimidio propter vitam Eremiticam addiscendam,& factus fuit Augustin. Prior illorum fratrum: cum ergo Augusti.venisset in Africã fuisset annorum supra 38.cum dimidio,sed ipsemet Augu.in libro 9. Confessio. capitulo. 11.dicit, quòd quando pia mater eius defuncta est apud ostia Tiberina, erat annorum 35. quo anno fuerat baptizatus,& quo tempore proficiscebatur ad Africam. Dicit etiam in illa epistola,quòd composuit multos libros in Eremo Cartaginensi,quod falsum est,quia eos Augu.non nominat in li. Retractationum,quia non erãt in rerum natura: vbi plurimum aduertendum illud quod dicit Possidius in fine vitæ Beati Augu. Nam dicit ꝙ Augu. senex,& proximus morti composuit magna diligentia librum retractationum. sed vt dictum est supra de libris editis in illa Eremo nullam facit mentionem, quia non erant ab eo facti,nec ipse fuerat vnquàm in Eremo. Pręterea secundum ipsum Auctorem Augu.stetit in monte Pisano per annum vnum cum illis Eremitis,vbi fecit primam regulam,& in Centumcellis per alium annum,vbi secundum ipsum

composuit illis alijs Eremitis secundam;ergo apud ostia Tiberina habuisset quasi annos 41.ex quo arguitur manifestè, ꝙ tota illa epistola falsa est,& conficta,& sic ueritas illius libri 2.ter.& 4. & per consequens liber ille falsus iudicandus est cum illis sermonibus ad Eremitas perinde,ac iudicatus fuit à reuerendissi.Cardinalibus S. Marci,Neapolitano, & Agriensi, ac ab alijs doctis viris,sed maximè à Papa Xisto 4.qui mandauit comburi,& similiter Innocentio eius successore, qui etiam illum fratrem Ambrosium carceribus mancipauit.

QVINTVM corellarium.

QVintum corellarium est, quòd etiam multum errauit auctor ille in lib.suo mendacioso in linea quinta: vbi dicit quòd Augusti.composuit primam regulam pro Eremitis in mõte Pisano cum esset annorũ 31. & currerent anni Domini 408. quia Augu.nunquàm fuit in illo monte Pisano,& in anno ętatis suę 31.nondum erat bene conuersus,& multo minus baptizatus: vt dictum est supra,& clarè apparet lib.8.Confessionum circa medium. Deinde pater August. in anno 408.erat quinquagenarius,vel saltem secũdum ipsum erat annorum 48.quòd ita probatur. Nam secundum eum in secunda parte sui libri,vbi scribit vitam B.Aug. licet in multis ab ipso fuerit falsificata:tñ in fine eius ponit Augu. mortuũ fuisse in anno 436. & ꝙ tunc erat annorũ 76.sed subtrahendo.28.à 76.qui fuerunt anni vitę Augu. remanẽt 48.sed ponẽdo,vt cõmuniter ponitur ꝙ Aug. mortuus fuerit in 434.& vixerit annos 76.seqtur ꝙ in anno 408.erat quinquagenarius: qa addẽdo 26.ad 408.faciunt 434, quare certe 26. anni superant etiam à quinquagesimo ad septuagesimum sextũ annum vitę Augu.vbi etiam aduertendum ꝙ quando Aug.componebat librum de ciuitate Dei erat annorum 70. quia librum illum componebat in anno D.Iesu 428. vt patet ex dictis eius in lib.18.de ciuitate dei c.vlti. Nam dicit, ꝙ currebant anni à missione spiritus sancti 365.& addendi sunt anni vitę Christi 33.qui faciunt annos 398 Et addẽdi sunt alij 30.secundũ suã calculationẽ,quam ibidẽ ipse ponit,ꝙ in summa erũt anni 428. cum ergo mortuus fuerit anno ętatis suę 76.et anno Christi 434. ergo in anno 428.erat annorũ 70.vt patet optimè considerãti, & calculanti. Ponit etiam ibi aliũ errorẽ in annis patris Augu.quia dicit

cum

cum natũ anno Christi 377.& uixisse annis 76. & mortuũ fuisse anno 436.vel 34.si enim ita esset mortuus fuisset Augusti. anno Christi 453.quare errorem committit in illo calculo, sicut & in cæteris de annis 19.sicut patet optimè calculanti. Quia addendo 76.ad 377.faciunt 453. sed secundum ipsum mortuus est anno 436. Verum pro certissima veritate, ac iusta temporum calculatione tenendum est,quòd pater Aug.natus fuit anno Christi 358.& vixit annis 76.secundam vitam auctenticissimam Possidij, qui vixit cũ Aug.per annos 40.& secum erat tẽpore mortis suę. Mortuus autem fuit anno Christi 434.quia optimè decurrunt ab anno 358.vsque ad 434 anni 76. Vixit autem in episcopatu per annos circa 37.& in presbyterio circa annos 3. baptizatus enim fuerat in anno trigesimotertio ętatis suę,vt supra declaratum fuit: in Africa autem ante presbyterium stetit cum amicis per annos circa tres, ita ꝙ in anno 37.factus fuit presbyter: ad episcopatum assumptus fuit anno Domini 397. Aug.enim scribens ad Generosum epistolam computat 40.Pontifices à Petro ad Anastasium Pontificem maximum, qui fuit circa annos D. 400.quasi in principio episcopatus Augustini &c.

SEXTVM
corellarium.

SExtum corellarium est,quia falsum est illud quod ponitur in 2.parte libri in folio 8.linea 24.vbi dicitur quòd Ambrosius vestiuit Augustinum habitu nigro,& habitu Pauli primi Eremitę;cum Paulus sicut scribit Hieronymus vestitus fuerit ueste contexta ex folijs palmarum. Tempore etiam Pauli primi Eremitę, Monaci non faciebant uota obedientię, nec uota paupertatis: immo habere poterant de proprio,& facere testamenta,sicut ipse Paulus fecit: vt habetur decimonono quæst.3. in capitu. perlatum.§.econtra, qui est textus Gregorij Papæ, & allegatur in sermone illud de filio prodigo, folio 81.dicitur etiam ibi,quòd fuit baptizatus anno trigesimo. Deinde secundum Ambrosium, Augustinum, & Rabanum, baptizati tunc temporis vestiebantur vestibus candidis, vt supra dictum est in primo corellario,& ob illud sabbatum tale appellatur sabbatum in Albis ab Ecclesia. Præterea vnde ceperit habitus Eremitarum niger demonstratum est per decreta auctentica Pontificum in ratione septima. Item sermo ille de Pentecoste,vbi dicitur quòd multo

tem-

tempore ſtetit in Eremo confictus, atque falſus eſt, qui allegatur in folio 5. vbi dicitur quòd multo tempore ſtetit in Eremo cum ſuis Eremitis: quia non potuiſſet ſtare multo tempore, cum eo anno, quo fuit baptizatus uenerit ad oſtia Tiberina, & demum ad Africam. Item ſermo alius de obſeruantia Clericorum poſitus in folio nono illius libri, vbi dicit, quòd ſecum in Africam deduxit decem & nouem fratres Eremitas, falſus eſt, & inter confictos habetur, quia pater Auguſtinus in libro confeſsio. deſcribit conuerſionem ſuam Mediolani, & quomodo quàm primum baptizatus fuit regreſſus eſt in Africam, & quomodo in regreſſu, vel itinere apud oſtia Tiberina pia mater defuncta eſt, vnde eccleſia catholica in eius officio in vltima Antiphona tertij nocturni canit ita, Adiunctus inde Nebridio, & Euodio remeabat ad Africam, quęrens quis eos ad beneuiuendum locus haberet vtilius. Sed cũ eſſet apud oſtia Tiberina, pia mater eius defuncta eſt. Non dixit Auguſtinus ꝙ cum rediret in Africã habebat 19. Eremitas: Similiter nec ſancta mater eccleſia: immò ſolum nominat illos paucos, qui ſecum tunc erant. Dicitur & in illo ſermone ꝙ fecerat tunc temporis multa monaſteria, & Poſſidius dicit, ꝙ ſolũ duo fecit. Primum poſtquàm factus fuit presbyter, & ſecundum in ſuo epiſcopio. ideo verè, & iuſtè canit eccleſia, dicens ꝙ quęrebat locũ aptũ ad bene viuendũ. Et ſi fuiſſet tunc Eremita habuiſſet loca in Eremo ad beneuiuendum: ergo alium non quæſiuiſſet. Et ſecundum Poſsidium, presbyter illis clericis illorum duorum monaſteriorum cõmuniter viuentibus fecit regulã. Quę appellata eſt Speculum clericorũ, & allegatur in iure de vita clericorũ, vt habetur. 86. di. in c. qñ neceſsitas. & alibi in varijs locis, vt ſupra demõſtratũ eſt, & nuſquàm allegatur de vita Eremitarũ, quia expreſsè cõtradicit vitę Eremiticę, ac etiã apertiſsimè cõtradicit ipſi mẽdicitati, vt faciliter cognoſci poteſt. Quia cõcedit expreſsè, quòd clerici ſui poſsint habere poſſeſsiones, & alia in communi. Nam ſecundum Lapum, & alios Canoniſtas doctores atq; Theologos, mendicantes nec in cõi, nec in particulari poſſunt aliquid habere proprij, unde glo. extra de electio. in in cap. quorundam, ſuper verbo mendicantes dicit, quòd mendicãtes ſunt qui certas poſſeſsiones vel redditus habere nõ poſſunt: ſed quęſtum publicũ eis victum præbet incerta mendicitas. Item habetur in 6. de relig. domibus. cap. vnico. §. ſecundo.

ſuper

ſuper verbo confirmatos autem. De patre autē Auguſtino nuſquam legitur quòd iuerit per vicos vel plateas ciuitatum oſtiatim mendicando, vel unquam transmiſerit fratres ſuos ad mendicādum, quia faciliter cōuincitur falſitas quintę & ſextæ concluſionis illius libri, & reliquarum partium quæ ibidē continētur.

SEPTIMVM
corellarium.

SEptimum Corellarium, & vltimum eſt, quòd ille liber ſit falſus, & mendacioſus, eſt, quia in maxima parte fundatur in varijs ſermonibus, qui intitulati ſunt patri Auguſtino, cum illę ſententiæ illorum ſermonum contrarię ſint verbis, & libris Auguſt. perinde ac à doctis, & expertis in doctrina Auguſtini iudicatur, vnde nuſquàm in Decreto vbi ſunt tot tex. Auguſtini allegantur. Nec à Magiſtro ſentētiarum, nec ab Alexandro de Ales, qui in ſumma ſua maxime arguit per text. Aug. nec etiam à S. Thoma, maximè in ſummis. vbi procedit per auctoritates doctorū, & quod maius eſt. Nec Egidius Eremitanus, nec Gregorius de Arimino doctores ſui ordinis allegant, nec à quocunq; alio doctiſſimo viro ſui ordinis, vel ſancti Franciſci, vel ſancti Dominici, vel aliorum ordinum allegati ſunt. Falſitas etiam ſermonis de inuentione reddēda, qui ponitur in folio octauo, faciliter cognoſcitur. Similiter ſermonis de obediētia, qui habetur in folio. 28. & 29. Falſitas quoque verborum, & ſententiarum epiſtolę confictę, quę dicitur eſſe Beati Valerij, tranſlata nouiter ex græco, in latinum facillimè iudicari poteſt. Cum & ipſi, qui eam tranſtulit, videlicet, Franciſco Philelpho uiſa ſit res ridiculoſa, atque cōficta, perinde, ac dixit vni ex noſtris Canonicis, cum in ea nil cōtineatur grauitatis, veriſimilitudinis, & veritatis, & poſita eſt in folio illius libri. 15. & qui legit eam contemnit: falſitas enim ſermonis de miſericordia coniectari facillimè poteſt: quia ſi etiam verum eſſet, quòd Auguſtinus fuiſſet Eremita, paruo tēpore ibi immorari potuiſſet. Quomodo ergo in paruo tēpore, videlicet anni unius centum Eremitas veſtire valuiſſet, eoſque ordinare in fabricis, in cerimonijs, in ordine officij, atque in reliquis ad cultum diuinū pertinentibus. Falſitas etiam ſermonis de oratione perſpicaciſsimè intueri poteſt, vbi ſcribit ſe miſiſſe centū, & quinquagita tunicas ad ſuos Eremitas cum calciamentis neceſſarijs. Cum longè prudentius dictum fuiſſet ſe miſiſſe 15. aut 20.

petias

petias panni pro uestitu eorum. Quis enim magister sine visu, & præsentia vestiendorum nosceret incidere centū, & quinquaginta vestimēta ac calciamenta diuersis hominibus, statura, magnitudine, & complexione uarijs, similiter centum, & quinquaginta caligas pro ipsis. omnia ista habentur in folio 42. A. similiter ibidē dicit, ꝙ Hieronymus gratias agit ꝓ incremēto numeri centenarij fratrum cum Augustino commorantiū. Quæ omnia apud prudentes puerilia iudicanda sunt, cum in tam breui tempore vnius anni hæc perfici non potuissent. Dicunt etiam in secundo libro in folio 11. & 14. ꝙ Aug. fuit natus idibus Decembris, cum ipse dicat in libro de beata vita, quòd natus fuerat idibus Nouembris, licet hoc parum ęstimandum sit. Dicit & ille auctor satis insulse quòd sui Eremitę dederūt habitum sancto Francisco apud Saxetum montis Aluernię: Cum ab vniuersa ecclesia catholica secus iudicetur, & teneatur. Nam ipsa præponit fratres Minores in processionibus publicis atq; in capella Papæ ipsis fratribus Eremitanis: quia prius instituti, sed hoc ille frater scribit in 37. folio sui libri. Multa, & alia erronea scribit quæ breuitatis causa prætermitto, cum ex his paucis falsitas cognosci potest.


¶Vnum etiam addi posset ad maiorem dictorum dilucidationem. videlicet ꝙ postquam facti fuere isti Eremitæ vrbanitę ab Innocentio quarto, qui fuit anno Christi 1244. & dedit eis regulam Augustini, & ab Alexandro quarto qui fuit eius immediatus successor habitum receperunt: ipsi venerunt ad Abbatem Canonicorum Regularium sancti Petri in cœlo aureo Papiensi vbi requiescit corpus sanctissimi Augustini, & multis supplicationib. petierunt, vt possent habere diuersorium ibi proximum monasterio sancti Petri Canonicorū Regularium, vbi semper Canonici Regulares fuerant à principio translationis ipsius corporis, & modo sunt. Et tunc cum multis precibus, & lacrymis obtenta licentia ab ipso Abbate Canonicorum Regularium, fecerunt sibi unam capanellam, seu casulam ex lignis, & viminibus, vbi vacabāt orationibus, & lacrymis ob amorem Diuini patris Augustini, & sic successiuè fabricarunt dignissimum Monasterium. Hęc ibi cernuntur in scripturis auctenticis illius monasterij. Quas uidi, & legi. Fuit.n. Io. Papa 22. Qui per annos 18. rexit ecclesiam. Et ipse posuit eos in ecclesia S. Petri in cœlo aureo an-

no

no Domini 1331. de consensu Abbatis, & ipsorum Canonicorum, Ita vt starent in sinistra parte chori, & exhiberent seruitia necessaria ecclesię. Sed vt dictũ est Canonici Regulares ibi primo fuerãt, videlicet tempore translationis coporis diui Augustini. Quo tẽpore adhuc in rerum natura non erant isti Eremitæ. Qui etiam Canonici primo fuerãt quasi in infinitis alijs monasterijs & ecclesijs cathedralibus per annos septingentos, & amplius. Immo quamplures fuere ex ipsis Canonicis Summi Pontifices, vt Alexander secundus, Lucius secundus, Honorius tertius, Adrianus quartus, & complures alij: à quibus multa decreta constituta sunt, ac decretales quàm plurimę, quos nunc enumerare superuacuum arbitror &c. FINIS.

Hæc Reuerendissimi Domini tenui stilo ac oratione demissã, incultisque sermonibus cursim dictare curaui: Cupiens magis simplici atq; cãdidę ueritati inseruire, quàm exquisito verborum ornatu turgidis magistris, aut vili plœbeculæ, reliquisque ignorantibus iniquè placere. Si quid autem minus doctè vel castigatè dictum esse vestrę Reuerendissimę dominationes compererint, pro sua admirabili sapientia, & doctrina immutent, augeant, minuant, atque per omnia corrigant.

Quibus me, et religionem meam plurimum commendo, atque totum dedo.



REGISTRVM.

*ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ AABB CC

Omnes sunt duerniones, præter *, q est mezo folio, & CC, qui est ternio.

